543.3

HERCVLANENSIVM

VOLVMINVM

QVAE SVPERSVNT

TOMVS II.

Cas. del. *Aza. inc.*

NEAPOLI MDCCCIX

EX REGIA TYPOGRAPHIA

20452

WELLCOME
HISTORICAL

ERUDITO LECTORI.

Habes denique, Lector erudite, Papyrorum Herculanensium tomum alterum. Tamdiu post, inquies, quam primus editus in lucem fuit? Non diffitemur ipsum multo serius, quam opinio non solum tua, sed etiam nostra tulit, in publicum prodire. Sed tute potes, vel nobis silentibus, per te intelligere, quaenam potissimum causa extiterit, quae tam diuturnam huic operi moram adtulerit, quominus ante hoc tempus in hominum conspectum prodiret. Nosti enim, quam misera fuerit temporum proxime superiorum conditio, quum reges potentissimi, bellicosaeque nationes terra marique iterum saepiusque signis infestissimis inter se concurrerent. Universa ferme Europa, ut reliquas Orbis terrarum partes praetereamus, belli incendio ardescere visa est: neque ulla fuit tam reposita regio, quo non vel arma, cladesque, vel armorum, cladiumque metus pervenerit. Neapolitanum vero nomen quot, bone Deus! hujusmodi procellarum fluctibus objectum fuit; cum semel iterumque non solum externi belli, sed etiam intestini, civilisque odii flammis conflagrare vidimus. Quamobrem quis bonis artibus, atque Musis, quae nobile otium requirunt, locus esse potuit inter armorum strepitum, militumque licentiam, cum doctrinae fere omnes vulgo invisae, despectaeque silescerent? Quid vero quod papyracea volumina cum reliqua Herculanensi gaza hostiles impetus pertimescentia, hinc enavigare, et in Siciliam se recipere coacta sunt, ubi tribus ferme annis exularunt? Cum vero iterum se in patriam receperunt, eorum exempla, quae fidelissime delineata, et quanta maxima per nos diligentia emendata jam fuerant, in illa rerum perturbatione deperdita fuisse invenimus, ac deploravimus. Necesse hinc fuit ex integro illa exscribere, atque emendare: opus sane longum, atque laboriosum. Tum denique aereis tabulis consignari coepta sunt. Quae hactenus perstrinximus, fortasse ni fallimur, apud justos rerum aestimatores ab omni nos desidiae nota satis superque expurgabunt.

Adcipe nunc, optime Lector, quid ex effossis papyris nunc in apricum proferamus. Non pauca quidem erant earum volumina jam evoluta, quibus obstetricias manus, ut in lucem venirent, admoveramus: et quidem plura inscripta *περι ῥητορικης*, plura item *περι ποιησεως*, plura *περι κακιων, και των αντικειμενων αρετων*, unum *περι Φαινομενων, και σημειωσεων*, aliud *περι οργης*: atque omnia eumdem illum Philodemum, cujus quartum *περι μουσικης* librum edidimus, auctorem praeseferentia; cum forte fortuna alia se prodidit papyrus, quae etsi satis male habita, hanc tamen epigraphen consignatam habebat: *Επικουρου περι Φυσεως* IA. Continuo cognovimus undecimum ex illis triginta septem libris esse, quos retulerat Laërtius ab Epicuro sub hoc titulo conscriptos. Quantam vero nobis haec inventio salivam civerit, tute facile conjicere potes, optime Lector. Quapropter nulli pepercimus vel labori, vel diligentiae, ut reliquos tanti nominis adsequeremur libros. Quotquot fuere volumina ejusdem moduli, vel magnitudinis, vel formae tentare

coepimus, nec frustra; subinde enim alterum prodiit cum eadem epigraphe signatum nota B, tum vero tertium cum nota IΔ; tum quartum cum nota IE; tum quintum cum nota K; tum denique sextum cum nota KH. Prodierunt praeterea et alia quinque, in quorum uno non satis internosci quitum est, qua nota distinctum fuerit: in aliis quatuor numeralis nota omnino evanuerat. Ex omnibus tamen vix quinque sunt, e quorum laciniis aliquid expiscari diligens lector, et peritus queat, ceteris tam laceris, et obliteratis, ut non nisi Auctoris nomen, et desiderium reliquum nobis sit. Ut ut tamen adverso fato adciderit, nihilo tamen minus celeberrimum Epicuri nomen postulare a nobis jure visum est, ut in lucem publicam, omissis in praesentia omnibus aliis, volumina haec propediem vindicarentur. Epicuro igitur manum admovimus, et hisce residuis ejus libris in rectum ordinem digestis, a secundo, qui est a primo proximus, ordiemur; eundemque cum undecimo nunc tibi exhibemus, ambos opera et studio Antistitis Caroli Rosinii inlustratos.

Quid porro in hac Papyro adornanda, ut honeste, neque incomte in publicum prodiret, praestiterimus, non pluribus hîc te, Lector, morabimur: quidquid enim in Philodemo annis superioribus concinnando operae, industriaeque posuimus; eamdem in Epicuri cultu, ornatuque diligentiam, et solertiam adhibuimus. Itaque Papyrum ipsam suas in columnas dispertitam eadem magnitudine, ac forma, eodem characterum ductu, contextuque verborum exprimendam curavimus, quae in αυτογραφῳ visuntur. Imo lacunas, scissurasque easdem, quibus casu, quicumque is demum fuerit, dehonestata Papyrus est, repraesentavimus; omnia demum, ut paucis rem expediamus, quae αυτογραφον praeseferebat, summa fide exscripsimus. Singulis autem columnis e regione respondet textus integer minusculo, ut aiunt, vulgatoque charactere, ea quidem ratione, ut versus cum versu congruat, neque ab αυτογραφῳ ulla in re discrepet, praeter interstitia, notasque vocabulorum, commatum, et periodorum, quae recentiores librarii solent adhibere. Praeterea litteras, syllabas, et voculas etiam, quae detritae erant, de nostro supplevimus, sed rubrica pinximus, quo vel primo obtutu dignosceretur, quid per nos fuerit redditum auctori. Latine porro Epicurum convertimus, sed quoad eius fieri potuit, κατα λεξιν: quum scilicet graecanicae linguae ingenium a latiali non abhorreret.

Breves cuique columnae adnotationes subiecimus, quum res postulare videbatur, ut vel auctoris sententia illustraretur, vel, si qua vocula suppleta foret, ratio redderetur.

Ad extremum autem librum reiecimus Commentarios nostros, in quibus quaenam sit in unaquaque columna philosophi mens, et ratio clare proposuimus; tum integrum cuiusque columnae textum liberiori quodam dicendi genere sumus persequuti, in eoque operam dedimus, ut Epicurus ad latialis linguae indolem propius accederet, quam quum idem, ut antea dictum est, κατα λεξιν versus a te perlectus est. Atque hîc lacunas, quae in textu occurrerunt, quasque religio nobis fuit in αυτογραφῳ, vel coniectura ductis, vel ingenio complere, sine ulla dubitatione complanavimus, quum ipsa argumenti ratio nos eo veluti sponte sua deduceret. Ut autem quid de nostro textui admensum fuerit, facile intelligeres, *cursivo*, ut aiunt, charactere id exscribendum curavimus. Atque haec de Epicurea Papyro praefatos non esse satis sit.

Ve-

Verum est aliud, quod hic te, Lector erudite, volumus. Inter Herculanenses papyros non paucas invenimus, et quidem voluminosiores, quae latinis characteribus exaratae fuerunt; quumque illae prae reliquis salivam nobis cierent, incredibile dictu est, quantum operis, industriae, ac temporis insumtum fuerit in iis evolvendis, in quibus pretiosum aliquod Romanae litteraturae *κειμηλιον* inventum iri sperabamus. Sed adverso fato oleum, atque operam, ut aiunt, perdidimus. Huiusmodi enim volumina sive ex loci natura, ubi obruta diu iacuerunt, sive potius ex ipsa papyri fabricatione, quodam resinoso glutine adeo scatent, ut conspissata folia evolvi aegre admodum queant, atque evoluta nonnisi sparsim fugientes hinc inde vel voculas, vel syllabas, vel litteras, exhibeant, abrasis aliis, atque deletis. Quare nonnisi frustula et fragmenta exscribere licuit, e quibus nulla exsculpi potest sententia, etsi alia prorsa, alia versa oratione decurrere cognovimus: sunt enim, in quibus hexametrorum clausulae leguntur. Nec omnino tamen inutilia dixeris: ex iis enim Romanorum characterum palaeographiam concinnavimus, quam suo tempore dabimus. Sed tandem quinto ab hinc anno dimidiati cuiusdam voluminis fragmentum emersit, heroico carmine conscriptum, quod legere datum est: etsi auctoris nomen fors nobis invidit; quippe inscriptum de more oportuit in superiori margine, quo decurtatum volumen est.

Quoniam vero solemne nobis hactenus fuit in unaquaque editorum voluminum praefatione singulare aliquod *κειμηλιον*, quod cum reliquis recenseri non quiret, producere, atque illustrare; idcirco latinum huiusce Carminis fragmentum in hoc volumine, tamquam promulsidis loco, proferre decrevimus, et cum litterato orbe communicare, ne diu eiusdem desiderio teneantur eruditi.

Habebis igitur heic et latinam Papyrum a nostro socio Nicolao Ciampittio supplemento et adnotationibus adornatam. Sed pauca in antecessum commentari operae pretium ducimus.

Ac primum quid hoc poëmate contineatur, et quis ejus sit auctor, hoc loco definire oporteret, sed utrumque non ita factu facile haberi debet, ut vel paucis absolvi possit, vel nullus dubitationi locus relinquatur. Papyrus enim haec nostra superiori, maximaque sui parte exsecta prosiluit e tenebris: ea vero, quae ex calamitate superfuere, vix tertiam totius voluminis summam conficiunt, nec, quod magis dolendum est, continenti serie decurrunt. Sunt quidem certe reliquiae quaedam superstites in ima singularum Columnarum parte exaratae, quae a superioribus, quibus adnectebantur, malo fato decisae vix dici potest quantum caliginis offundant lectoribus. Velut enim *disiecti membra poëtae* neque secum ipsa cohaerere possunt, nec facem cuipiam praeferre, cuius luce certis insistat vestigiis, aditumque sibi ad poëtae artificium, ad poëmatis *οικονομιαν*, ad illud denique, quo opus universum referatur, aperiat. Atque ab eadem porro caussa profectum est, ut lacunae, quae plurimae in hisce fragmentis vastaeque alicubi occurrunt, difficillime, nec nisi plane hariolando, complanari potuerint, nullam ipsius sententiae ductu opem afferente.

Verum enim vero vix ante quinquennium huius Papyri per urbem rumor dispersus fuit, quum duplex animis hominum nostrorum insedit opinio: scilicet eo poëmate bellum ab Octaviano adversus M. Antonium susceptum, Actiacam victoriam, et devictam Aegyptum celebrari: ipsum ve-

vero poëma Vario vati Augusteae aetatis praestantissimo acceptum referri debere. Quam sane opinionem id temporis multorum sermone tritam, et pervagatam nec reiicere omnino, nec calculis nostris comprobare audemus.

Quod quidem ad alterum attinet, ecquis praestare ausit, eiusmodi bellum, et victoriam hoc poëmate fuisse celebratam, cuius vix liber unus, isque capite truncatus, ac tertiam fere partem decurtatus ad nos pervenerit? atque pars haec tertia non uno tenore fluat, sed fragmenta sint a superioribus abrupta, et decerpta? adhaec hiulca passim et lacera oculis usurpentur, ut alicubi sententia exsculpi nequeat? Eodem porro accedit, quod his fragmentis personae cuiusdam; seu, si mavis, personarum quae fortasse in poëmate non postremas agebant, intertextae sunt orationes: quae quidem, ut fieri solet, latius, liberiusque evagantur, atque ad plurima digrediuntur, quae licet ad argumentum necessaria minime sint, claritatem tamen, aut certe ornatum non mediocrem afferunt poëmati universo. Perlege, sodes, columnas II. III. IV. tute potes observare, inibi non poëtam ipsum persequi argumentum suum, et quae rerum ratio poscebat, per se describere: sed personam nescimus quam inductam fuisse ad dicendum: cui certe licebat ad ea digredi, quae sibi videbantur ad rem non inopportuna. Quod si volumen integrum haberemus, ubi omnia perlustrare commodo nostro, contemplarique possemus, quantum hae digressiones lucis, aut ornamenti parerent poëmati, facile dignosceremus; in Papyro vero capite membrisque pluribus mutilata, cujus, ut ita dicamus, pedes tantum fatum servavit, ipsae hae digressiones fieri nequaquam potest, quin offundant tenebras spissiores.

Finge tantisper animo, Lector (liberae enim sunt mentes nostrae, et quidquid volumus, facillime possumus repraesentare), finge, inquam, unicum Virgilii librum ad nos perennasse; nec nisi quasdam ipsius libri lacinias in ima cuiusque paginae ora descriptas te prae oculis habere: si tibi accurate perlegenti, alibi Iunonis secum indignantis, alibi Aeneae tempestate iactati orationes intercisae illae quidem, tacitisque nominibus occurrerent, possesne divinare, quidquid ex iis expiscareris, ad Aeneidem Virgilianam pertinere? ac si forte fortuna coniectares, possesne tuto, ac sine ulla haesitatione affirmare? Neminem sane, qui id faceret, in seseque reciperet, extiturum censemus.

Verum quemadmodum non audemus, uti praediximus, tamquam exploratum compertumque pronunciare bellum ab Octaviano cum M. Antonio gestum hac Papyro consignatum fuisse; ita non audemus praefracte id pernegare, si quis in eam sententiam divinando, coniiciendoque adduceretur. Quod ex eadem fragmentorum nostrorum obscuritate consequi nemo non intelligit: ubi enim nihil certae lucis oboriri potest, alius aliud quasi per ipsam caliginem tentabundus investigare sibi videbitur, quod tu si non verum, veri certe simile esse fatearis necesse est, modo conjecturae non invalido plane tibicine fulciantur.

Ac ne dissimulare quid hic videamur, multus sane in his carminibus sermo est de Aegypto. Videsis col. alteram, ubi de Pelusio a Caesare vi capto iniecta est mentio, atque illius intexitur oratio, qua milites a subruendis urbis moenibus dehortatur. Dio quidem lib. LV. quum de Pelusii expugnatione loqueretur: *Dum haec fiunt*, inquit, *Caesar Pelusium etiam vi quantum ad speciem, revera autem Cleopatrae proditione cepit.* Plutarchus vero, qui M. Antonii res stilo uberiore in eius vita persequutus

quutus est, Pelusio expugnata, rumorem Alexandriae disseminatum fuisse scribit, Seleucum urbi praefectum clam a Regina admonitum Caesari illam prodidisse. Qui sermones in belli praesertim calamitatibus quam crebro exoriri soleant, quam temere credi, quam cito in vulgus differri, norunt universi. Licet enim urbs illa multo validoque praesidio firmata fuerit; quod, ut ex Hirtio de bello *Alex.* XXVI. discimus, *Aegyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio veluti claustris munita existimatur;* tamen quid Romanorum militum virtuti impervium illa tempestate fuit? Cleopatra vero, quemadmodum idem scriptor memoriae prodidit, quo se de eius rei suspicione Antonio purgaret, Seleuci conjugem liberosque ipsi permisit supplicio, si videretur, afficiendos. Haec autem ideo nos hic adnotare voluimus, ut saltem in dubium Dionis narrationem revocaremus, ne si quis Caesarem nullo militum labore, nulloque discrimine, sed Seleuci proditione Pelusio potitum arbitraretur, Caesaris ad militem oratio a poëta eo loco interiecta importuna plane et ridicula videretur. Neque culpandi erimus, si Plutarchum Dioni hoc loco praeferamus: nam quin ille Olympium Cleopatrae medicum, et perfamiliarem, harum, ut ipsemet tradit, rerum scriptorem, ac testem *αυτοπτην* prae oculis in pertexenda Antonii vita habuerit, dubitari non potest.

Porro, ut ad Papyrum redeamus, si col. III. perlustraveris, Alexandrum urbis in Aegypto principis conditorem, et Actiacos triumphos a poëta commemoratos invenies. Nec deerunt, qui Cleopatram ibi designatam fuisse arbitrentur: post enim *triumphos Actiacos*, statim subnectitur: *cum càussa fores tu maxima belli, Pars etiam imperii*, et quae ibidem sequuntur. Quemadmodum col. IV. eadem Cleopatra de Antonio loquuta esse videri cuipiam poterit illis verbis: *Est mihi coniunx, Parthos qui posset Phariis subiungere regnis.* Notae enim sunt Antonii militares in Parthos expeditiones; etsi postrema non solum successu caruerit, sed etiam copiae magna clade adcisae extremum paene periculum adierint. Iam autem perlegito columnam VII. *Haec Regina gerit*, inquit poëta: deinde inducitur illam *Atropos inridens inter diversa..... Consilia interitus:* quae non immerito in Cleopatram quadrare existimaveris. Illa enim vix inita apud Actium pugna, quum neutram in partem adhuc victoria inclinaret, in Aegyptum aufugit. Ibi rebus suis diffidentem, ne Romam triumphi honestandi caussa, quod maxime erectae indolis femina extimescebat, a victore perduceretur, plura iniisse mortis sibi consciscendae consilia testis est in vita Antonii idem Plutarchus. Siquidem facto complurium venenorum in capite damnatos periculo, quum partim celeriter quidem, sed magno cum cruciatu; partim vero licet sine acerbitate, serius tamen quam vellet, mortem adferrent; omnia repudiavit, aspidemque statuit, sicubi opus foret, adhibendam, quae, levi quodam impresso morsu, somnum placidissimum induceret, ac sine ullo doloris sensu, brevi post tempore hominem sudore quodam per os, et membra diffuso exanimaret.

Postremo quae eadem columna exarata sunt, observato: *cum parte Senatus, Et patriae comitante suae cum milite Caesar Gentis Alexandri cupiens ad moenia venit, Signaque constituit: sic omnes terror in artus.* Hic profecto si quis contenderet, poëtam de Caesare Octaviano verba facere, non videmus, quo telorum genere de sententia deturbari posset. Plutarchus enim, quem saepe laudavimus, in Antonii vita commemoravit, Caesarem, hieme exacta ex Italia in Aegyptum profectum,

atque exercitum Alexandriam adduxisse, ipsoque in hippodromo castra metatum esse. Nec praeterire volumus, quod ibidem auctor adtexuit, Antonium, quum statim Alexandria esset cum equitatu egressus, in Caesarianos equites itinere fatigatos incubuisse, illosque plurimorum occidione fudisse, usque ad castra insequutum. Qua victoria elatus ad bellum strenue administrandum plurima militibus praemia dispertitus curam animumque convertit Antonius. Verum optime in illum posset aliquis, quod de Turno Maro postea X. *Aen.* cecinit, usurpare :

Nescia mens hominum fati, sortisque futurae,
Et servare modum rebus sublata secundis.

Atque haec omnia, quae cursim attigimus, nolumus, Lector eam in partem accipias, quasi nobis persuasum sit, aut aliis persuadere satagamus, bellum in M. Antonium ab Octaviano perpetratum hoc poëmate pertractari. Id unice palam facere statuimus, quod saepe declaratum nobis est, nos nequaquam intercessuros, quominus eam quisque sententiam, quae prae altera sibi arriserit, arbitratu suo consectetur. Etenim si uspiam quae sentis libere dicere, libereque probare licet, in his certe quidem rebus maxime licere debet.

Hactenus, quae de poëmate nostro visa nobis sunt ad rem magis accommodata disseruimus : quid vero de eius auctore, quod alterum propositum fuit, disputabimus ? Poteritne ille saltem hariolando deprehendi, et tanquam ex inferis ad hanc lucis usuram revocari ? Si in illorum sententiam, Lector, iveris, qui nihil e laciniis nostris, ne delio quidem urinatore, expiscari se posse autumant, quod quo poëma referendum sit, aperiat ; tum nullus omnino ad auctorem investigandum patere aditus poterit : atque poëmatis aeque sententiam, atque auctorem ignorabis. Fieri enim nullo pacto potest, ut e vetustatis tenebris eruatur, quasi manibus tentando, auctor operis illius, quod et capite mutilum, et membris lacerum nequaquam, quid contineat, satis patefaciat.

Sin autem eo tuus animus inclinarit, ut nostro hoc carmine Octaviani bellum esse comprehensum credas ; eniti tum ipse poteris, latebrasque omnes perscrutari, et auctorem si non certa ratione, probabili certe coniectura, et divinatione vestigare. Ne vero te sine duce, vel potius comite hoc difficile, et salebrosum iter inire patiamur; quae sit nostra opinio, erudite Lector, accipito.

Vix de nostra hac latini oris Papyro rumor per urbem dilatus ante triennium ferme fuit, quum ea nostrorum hominum animis insedit opinio, carmen illud Vario vati sanequam egregio, atque Augusti, Maecenatis, Horatii, Virgiliique amicitia florentissimo vindicandum esse. Atque si quis quaereret, qua re adducti in eam sententiam quasi pedibus ivissent, vadem fundumque sententiae suae dabant Horatium, qui *lib. I. od. X.* ad Agrippam scripsit :

Scriberis Vario fortis, et hostium
Victor Maeonii carminis alite,
Quam rem cumque ferox navibus, aut equis,
Miles, te duce, gesserit.

Quibus e versibus colligebant, et Actiacam victoriam ab Horatio designari, eamque fuisse a Vario carmine celebratam.

Nos quidem, si vera licet ingenue fateri, non idoneo testimonio fulciri eam sententiam existimamus. Primum enim Venusinus poëta Agrippae eo loci confirmat, Varium bellicam ipsius fortitudinem, et re-

la-

latas ex hoste terra marique victorias carminibus descripturum. Quis autem praestare in tanto veterum silentio poterit Varium reapse manum operi admovisse, et Caesaris, Agrippaeque res gestas ingenii sui monumentis honestasse? Praeterea si quis attente illud Flacci carmen, considerateque expenderit, is certe intelliget, nihil aliud sibi poëtam voluisse, quam Agrippae persuadere, se, pro ingenii tenuitate, iocis, amoribus, conviviisque concinendis esse unice aptum, nec magna, et praeclara facinora quae vel Caesar, vel ipse terra, marique gesserat, quemadmodum rerum dignitas postulabat, posse heroico carmine celebrare: eam provinciam Vario deferendam esse, qui tanta in re poëtica, maximeque in carmine epico erat praestantia, ut cum Homero, cuius vestigia sectabatur, non immerito compararetur. Ecquis autem ex hoc Venusini vatis loco colliget, Varium Octaviani bellum, quo M. Antonius victus est, persequutum reapse fuisse?

Neque hoc tantum carmine tam magnificum Horatii, viri sane κριτικωτατου, de Vario iudicium extat: plurimis in Satyrarum, atque Epistolarum libris sese legentibus produnt non absimilia de vate eodem testimonia. Quae quidem tanti apud nos ponderis sunt, tantique momenti, ut potius Vario nostra haec fragmenta abiudicanda esse videantur. Defige tantisper oculos, Lector, *in Epist. I. Lib. 2.*, atque inspicito quanta dexteritate poëta ingeniosissimus summam Augusti gloriam maxima cum Varii laude coniungat. Ibi enim Alexandrum Magnum non inurbane suggillat, quod, quum subtilissime de ceteris artibus iudicasset, edictoque cavisset, ne quis se praeter Apellem, et Lysippum vel coloribus, vel aere exprimeret; non eamdem solertiam ad rem poëticam attulerit, et Choerilum poëtam sane ineptum rerum suarum scriptorem probarit, atque ingenti vi pecuniae donaverit. Tum illa adtexuit:

Sed neque dedecorant tua de se iudicia, atque
Munera, quae multa dantis cum laude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius, Variusque Poëtae.

Quid vero quod idem Horatius, praestantiores aetatis suae vates *lib. I. Satyr. X.* enumerans tantum Vario tribuit, ut epici carminis maiestate omnibus anteponat, eique primas deferat?

. . . . . *Forte epos acer,*
Ut nemo, ducit Varius: molle atque facetum
Virgilio annuerunt gaudentes rure Camoenae.

E quibus Venusini versibus palam fit, nondum a Marone epicorum poëtarum facile principe *divinam Aeneida*, ut Statius noster cecinit, sed Bucolica tantum, et Georgica edita in lucem fuisse.

Neque minoris faciendum autumamus, quod ab eodem Horatio in *Arte* de Vario consignatum fuit:

. . . . . *Quid autem*
Caecilio, Plautoque dabit Romanus ademtum
Virgilio, Varioque?

Hic autem nobis imperare minime possumus, quo minus illud, quod te, Lector, animadvertisse iam remur, observemus, cum Vario Virgilium semper a Flacco fuisse coniunctum. Quod non solum ubi ingenii praestantia, sed etiam ubi morum simplicitas, animique candor collaudandus esset, ille factitavit, quasi testatum omnibus facere vellet, nobilissimum illud amicorum par poëticae facultatis perinde atque virtutum laude floruisse.

Quod

Quod si maxima Varii fuit, ut ex tot Horatii testimoniis didicimus, in epica poësi gloria; non imparem in condenda tragoedia laudem adeptus est. Quintilianus quidem X. I., postquam quotquot in Graecia vel prorsa, vel versa oratione non mediocrem nominis celebritatem posteris transmiserunt, subtiliter accurateque expendisset; eâdem diligentia latinos auctores sive oratores, sive historicos, sive poëtas ad critices trutinam revocavit. Hic profecto ecquid de Vario iudicaret, Fabius brevi, sed momentosa in primis sententia aperuit: *Iam Varii Thyestes cuilibet Graecorum comparari potest.*

Atque haec tam splendida Horatii, et Quintiliani virorum sane ἀκριβεστάτων iudicia nos eo, quemadmodum praediximus, adduxere, ut fragmenta, quae nunc in manibus sunt, minime potuisse ex Varii summi poëtae officina prodire crederemus.

Quod si quis hisce rationibus minime permotus in sententia adhuc perstiterit; fruatur is iudicio suo. Verum unum illud rogatum eum volumus, ut animum ad paucos illos Varii versus, quos tanquam e naufragio Macrobius forte fortuna servavit, vel paullisper adiiciat, atque ubi secum tacitus perpenderit, ne grave sit cum fragmentis nostris comparare: non dubitamus, ipsum illico mutaturum consilium, et nobiscum amice coniuraturum. Macrobius igitur *Satur. VI. cap. II.* latinos poëtas recensens, quos Virgilius mirifico quodam pulchritudinis studio incensus imitatus est, haec auro contra non cara Varii *de morte* carmina in medium attulit:

Quem (equum) *non ille sinit lentae moderator habenae*
Qua velit ire, sed angusto prior ore coercens
Insultare docet campis, fingitque morando.

E quibus Macrobius Maronem suum illud *Georg. III.* expressisse non imerito iudicavit:

Frena Pelethronii Lapithae, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

Tum autem ex eodem Vario *de morte* elegantissimam, atque omnium leporum suavitate plenam canis venaticae comparationem adduxit:

Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit cervae comprendere lustra,
Saevit in absentem, et circum vestigia lustrans
Aethera per nitidum tenues sectatur odores.
Non amnes illam medii, non ardua tardant,
Perdita nec serae meminit decedere nocti.

Unde, quemadmodum idem Macrobius observavit, efficta a Marone est *in Bucol. Ecl. VIII.* egregia illa buculae comparatio:

Talis amor Daphnim, qualis quum fessa iuvencum
Per nemora, atque altos quaerendo bucula lucos,
Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva
Perdita, nec serae meminit decedere nocti.

Nec praeterire volumus, quae superius eodem capite retulit ex Vario *de morte* idem scriptor:

Vendidit hic Latium populis, agrosque Quiritum
Eripuit, fixit leges pretio atque refixit.

Inde Virgilium illa hausisse monet Macrobius:

Vendidit hic auro patriam dominumque superbum

Impo-

Imposuit, fixit leges pretio, atque refixit.

Denique Varius *de morte* apud eumdem:

Incubet et Tyriis, atque ex solido bibat auro.

Ex quo fluxit illud Maronis:

Ut gemma bibat, et Sarrano dormiat ostro.

Atque haec, pauca licet, Varii carmina Macrobii diligentia nobis servata, atque in illud lib. VI. caput coniecta, satis superque, ni fallimur, cuivis patefaciunt, quantum Vates ille ad Virgiliani stili nitorem, elegantiamque in scribendis versibus accedat. Si vero eadem cum Papyri nostrae carminibus contendere quisquam velit; nae is, ut modo ediximus, statim intelliget, multum ea a Variano lepore, cultuque aberrare: adeo quidem, ut partus huius, quo de agimus, alius a Vario parens quaerendus omnino sit. Haec autem non perinde accipi volumus, quasi infusam poëtae nostri versibus barbariem existimemus: immo quaedam ibi nitere non diffitemur, uti planum legenti fiet; sed illud contendimus, minime posse cum Variani, atque adeo Virgiliani carminis dignitate componi.

Ignorabitur igitur, inquies benevole Lector, ecquis auctor fuerit huius poëmatis? Equidem quum universa sileat antiquitas, quid eam in rem non exploratum modo, compertumque, sed ne verisimile quidem afferre possimus, non videmus: veterum enim poëtarum historiam diligenter, attenteque rimantibus nihil factum est obviam, unde lux aliqua ad tantam caliginem dispellendam hauriretur. Verum sicubi coniecturis laxare habenas licuit aliquando, atque hariolari; hic certe quidem licere vel difficiles ipsi, morosique homines minime negabunt. Itaque si cui liberet huius poëmatis lacinias C. Rabirio adscribere; is profecto nos habebit adstipulatores sententiae suae. Rabirius enim extremo Augusti principatu floruit, Ovidiique fuit aequalis, diciturque plurima versibus conscripsisse. Quod vero bellum Octaviani adversus M. Antonium, et Actiacam victoriam celebraverit, si non aliunde, ex Seneca certe colligeretur. Quum enim philosophus *lib. III. cap. II. de Benefic.* in eo totus esset, ut opes quamvis egregie fundatas hominis proprias existimari non debere declararet, easque saepe numero a Fortuna horae momento eripi, alioque transferri solere: illas vero nostras unice appellari, neque Fortunae iniuriis esse propositas, quas humanitate, et beneficentia adducti in amicorum bene de nobis meritorum sinum abdiderimus, sapienter adfirmavit. Quod ut praeclaro aliquo testimonio, exemploque in illustri loco posito comprobaret: *Egregie*, inquit, *mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam, quum Fortunam transeuntem alio videret, et sibi nihil relictum praeter ius mortis, id quoque si occupaverit, cito exclamare:*

Hoc habeo, quodcumque dedi.

Hic autem nihil esse credimus, quod pluribus disseramus, ad eas incitas, ut *nihil praeter ius mortis* relinqueretur, non fuisse M. Antonium redactum, nisi post Actiacam Victoriam. Quare fateamur necesse est, bellum ab Octaviano adversus Antonium susceptum, et victoriam apud Actium reportatam C. Rabirium carminibus persequutum fuisse. Atque haec ipsa fuit Vossii sententia in *de Historicis Latinis lib. I. XXI.* Ergo a veri similitudine nequaquam abfore crederemus, si haec fragmenta ad Rabirium, qui Actiacum bellum pigmentis poëticis ornavit, pertinere dicerentur.

Ovidius quidem *lib. IV. de Ponto eleg. ultima*, ubi poëtas ferè omnes aequales suos non sine laude commemorat, perhonorificam Rabirii mentionem iniecit,

Cum foret et Marsus, magnique Rabirius oris.

Ovidiano huic iudicio ad Rabirii famam insigni atque praeclaro concinit etiam Velleius Paterculus *lib. II. Maxime*, scribit ille, *nostri aevi eminent princeps carminis Virgilius, Rabiriusque.* Quo in loco Velleius, etsi Virgilio principatum carminis detulisse videri possit: tamen Rabirium vel in imperii societatem vocavit, vel certe minimo intervallo abesse a principatu significavit. Verum quanti horum duumvirum iudicium facere debeamus, ecquis poterit hoc tempore statuere? Nihilo tamen secius Quintilianus, cuius in iudicando ακριβεια criticis universis maxime probata semper fuit, auctoritate veluti sua intercedit, et non levem nobis iniicit scrupulum, quominus Ovidio, et Velleio fidem sine exceptione adiiciamus. Is profecto *lib. X. cap. I.* de poëtica Rabirii virtute ita pronunciavit: *Rabirius, et Pedo non indigni lectione, si vacet.* Exilis plane, si ad Ovidianam, et Velleianam spectes, et ferme ieiuna commendatio. Atque ne quis iurgari velit Fabium, quum Rabirium, et Pedonem non indignos lectione dixit, κατα λιτοτητα dignissimos, uti fieri solet, significasse; satis superque e voculis *si vacet*, quas statim adlevit, quid summus ille rethor de iis vatibus iudicarit, vel luscitiosus facile pervidebit.

Quod si mireris, Lector, cur a Fabio tam diversi hac in re abierint Ovidius, et Velleius, caussasque vestigare velis, cur tam magnifico praeconio Rabirium mactaverint; non multum fortasse a veritate aberraveris, si tecum ipse cogitaris, Ovidium exsulem, qui tam longe aberat ab domo, cuius desiderio maxime conficiebatur, curabatque omnes demereri, si qua ratione quispiam posset Augusti iram lenire; spe quadam, quae miseros semper alit, conciliandi sibi hominis, quem Augusto carum, neque iniucundum esse autumabat, in extollendo ingenio fuisse liberaliorem. Velleius porro nimiae in domum Augustam adulationis, neque immerito, accusari solet. Sed tempori danda venia est: siquidem ille sub Tiberio multis erat magnisque domi, militiaeque functus reipublicae muneribus: ille sub Tiberio scribebat historiam. Qua de re a vero non absimile duceremus, si quis suspicari vellet historicum sub Principe, cui omnia suspecta erant, inter principes poëtas Rabirium recensuisse, a quo poëticis ornamentis ea victoria fuit commendata posteris, cuius iure orbis universi imperium ad Augustum transmissum fuit. Quae quidem caussae quum Quintilianum nequirent permovere; nemo pernegabit, ex animi ipsum sententia rem iudicasse, et veritati unice perlitasse. Quod si quis haec omnia, quae de Ovidio, atque Velleio nobis animo occurrerunt, subtiliora, quam par sit, iudicaverit; posthabeat, si velit, atque reiiciat. His enim, perinde atque indicta a nobis fuerint, praeteritis, coniectari illud poterit, hac re adductum fuisse Ovidium, ut ea laude Rabirium cumularet, quod prope eandem, atque ipse, in scribendo stili rationem expresserit. Natura enim ipsa affert, ut eos, in quibus non dissimilis indoles, et quaedam veluti animi cognatio elucere videatur, maxime probemus, maximeque pro re nata collaudemus. Qua in re in primis valet, quod ipsemet ingeniosissimus quidem, sed limae impatiens poëta II. *de Ponto* 5. in universum cecinit:

Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis:
Et servat studii foedera quisque sui. Neque

Neque secus de Velleio sentiendum esse putaremus. Facere ille quidem non potuit, quin Virgilium in suo fastigio, quo beata illa carminis felicitas, atque praestantia evexerat, et quo vates insequuti perventuros desperabant, collocaret; sed illi proximum statuit Rabirium, et tantum non parem fecit, quod illa scribendi ratio aetate sua iam late invaluerat, et inclinata, ac sensim labente latinarum litterarum dignitate, nemini non probabatur.

Illud denique persuasum habemus, erudite lector, si fieri aliqua ratione posset, ut hariolatio haec nostra tibi probaretur, atque haec fragmenta Rabirio adscriberes; te eadem illa lectitando, non Ovidii, et Velleii, sed Fabii iudicium calculo etiam tuo confirmaturum.

Atque ut uno veluti obtutu quidquid in hisce Papyri nostrae fragmentis complexus est poëta, benevole Lector, conspicias: haec breviter habeto. Columna I. exstat ducis cuiusdam commendatio, urbisque obsidio, atque oppugnatio: quae quidem urbs Pelusium fuisse non immerito ex insequenti columna potest existimari.

Tum columna II. Pelusium a Caesare capta describitur, eiusque interseritur oratio, qua militum ferocientium impetum coërcere nitebatur, ne moenia urbis, quae in potestatem suam iam iam veniret, subruerentur.

Porro in columnam III. coniectus a poëta sermo est hominis cum Cleopatra colloquentis, eamque collaudandis, quo fortasse, inita iis laudibus gratia, Reginam ad omnia, quae contenderet, obeunda facilius perduceret: qui profecto sermo, si tibi a columna II. vel etiam a I. seri coeptus esse videatur; nulla quidem ad id erit per me mora.

Columna deinde IV. Cleopatrae ipsius oratio perscribitur, qua videtur homini, qui columna superiori secum loquebatur, respondere.

Iam vero columna V. et VI. horrendum sane spectaculum oculis legentium proponitur, et varia crudelium supplicíorum genera, quibus turba noxiorum hominum interemta est, describuntur.

Denique columna VII. et VIII. Caesaris cum victore exercitu adventus prope Alexandriam, urbisque obsidio continetur.

Ecce unum in locum collata, Lector, brevique spatio comprehensa, quae in subiectis Papyri columnis tute perleges, non integra illa quidem; sed intercisa, ut casus tulit, atque discerpta. Quae autem hic perstrinximus, suis quaeque locis, si quidem opus fuerit, fusius persequemur.

XIM AEL TIA
CESAR SA AP HARIAM S
RT HIS ILLE NATO CUM EIS IAPOR
QUEM IUVENES RAM A VOS ERAT I E UNITA
BELLA FIDE DEXTRA QUE IO ENS RERUM QUE PER
CALLID US AD SIDU CTANDO INMUNERE
IMMINET PSESSI ITAL SIAM TURRIBUS STIS
A SNECDEF IMPETUS ILLIS

COL. I

EDUNT PATR MIA T RIS
A I AGIS QUAM S CUSTA LATER NT
CUME LER LIUS PELUSIA OENIA CAESAR
ERAT IM RIIS ANIMO COHI DE SU UM
QID APITIS IN PTA IACEN QUAE
SUBRUITIS TER A MOENIA QUONIAM ER CSTIS
HAEC MIHI CUM A PLEBES QUOQUE VICTRIX
VINDICAT H MULAM ROMANA LOTE NDEM

COL. II

ALEXANDRO · A MOS · N · R · REGE · RVM ·
DII · ETIAM · POSSIS · DEAM · Y DISS M S ·
ASTIACOS · CVM RVS ORES · TY A MA LLI ·
PARS · ETIAM · IM II · QVAE · FEMINA · T TAVI OR M ·
QVAE · SERIE · ANTIQVA · VLT · NI · GLORIA · MENDAX ·
MVLTA · Y S ATIS NIMIQ · C FLAT · HONORI ·

COL. III

N
SAEPE · E QVAE · VE RISCV E RM NIBV
QVA CITV T NN VNC · QVAE VSAS ·
EX · S GV OR SVITAE · LIBET · EST · MIHI · CONIVNX ·
H I · POSSET IARIIS · SVBIVNGERE · REGIIS ·
QVI · S VIT · NOS EO VE · MORI · PRONOMINE · GENTIS ·
H GI ARTIS · M DID C IN M IS ·
VID · VELIT · INCERTVM · EST · TERR OVIRVS · AVT · OVIBVS · VNDIS ·

COL. IV

Gio. Bta Malesci dis. Bart. Oraty inc.

Quem iuvenes: grandaevos erat per cuncta ſequutus
Bella fide dextraque potens, rerumque per uſum
Callidus, adſiduus tractando in munere martis.
Imminet opſeſſis Italus iam turribus altis
Adſiliens muris: nec defuit impetus illis.

COL. I.

Funeraque adcedunt patriis deformia terris
Et foeda illa magis, quam si nos geſta laterent.
Cum cuperet potius Peluſia moenia Caeſar,
Vix erat imperiis animos cohibere ſuorum;
Quid capitis iam capta iacent quae praemia belli?
Subruitis ferro mea moenia? Quondam erat hoſtis
Haec mihi cum Domina plebes quoque: nunc ſibi victrix
Vindicat hanc famulam Romana potentia tandem.

COL. II.

Fas & Alexandro thalamos intrare Deorum.
Dico etiam doluiſſe Deam vidiſſe triumphos
Actiacos, cum cauſa fores tu maxima belli,
Pars etiam imperii. Quae femina tanta? virorum
Quae ſeries antiqua fuit? Ni gloria mendax
Multa vetuſtatis nimio concedat honori.

COL. III.

Saepe ego, quae veteris curae ſermonibus angor
Qua fugitur lux, erro: tamen nunc quaerere cauſas,
Exiguaſque moras vitae libet. Eſt mihi conjunx,
Parthos qui poſſet Phariis ſubiungere regnis:
Qui ſprevit nostraeque mori pro nomine gentis:
Hic igitur partis animum diductus in omnis
Quid velit incertum eſt, terris quibus, aut quibus undis

COL. IV.

Delectumque forum quo noxia turba coiret,
Praeberetque ſuae ſpectacula triſtia mortis.
Qualis ad iſtantis acies cum tela parantur,
Signa, tubae, claſſeſque ſimul terreſtribus armis;
Eſt facies ea viſa loci, cum ſaeva coirent
Inſtrumenta necis vario congeſta paratu.
Undique ſic illuc campo deforme coactum
Omne vagabatur leti genus, omne timoris.

COL. V.

Hic cadit abſumtus ferro: tumet ille veneno
Aut pendente ſuis cervicibus aſpide mollem
Labitur in ſomnum, trahiturque libidine mortis.
Perculit adflatu brevis hunc ſine morſibus anguis,
Volnere ſeu tenui pars inlita parva veneni
Ocius interemit. Laqueis pars cogitur artis
Interſaeptam animam preſſis effundere venis:
Immerſiſque freto clauſerunt guttura fauces,
Has inter strages ſolio deſcendit, et inter

COL. VI.

Sic illi inter ſe miſero ſermone fruuntur.
Haec Regina gerit: procul hanc occulta videbat
Atropos inridens inter diverſa vagantem
Conſilia interitus, quam iam ſua fata manerent.
Ter fuerat revocata dies, cum parte ſenatus,
Et patriae comitante ſuae cum milite Caeſar
Gentis Alexandri cupiens ad moenia venit,
Signaque conſtituit. Sic omnis terror in artum.

COL. VII.

Obterere adniſi portarum clauſtra per urbem,
Obſidione tamen nec corpora moenibus arcent,
Caſtraque pro muris, atque arma pedeſtria ponunt.
Hos inter coetus taliſque ad bella paratus
Utraque ſollemnis iterum revocaverat orbes
Conſiliis nox apta ducum, lux aptior armis.

COL. VIII.

…VMQV… …MQ… …XIAT VRBA CO RET·

PRAEBERETQVE·SVAE·SPECTACVLA·TR…TIA·MORTIS·

QVALIS·AD·INSTANTIS·ACIES·CVM·TELA·PA…NTVR

SIGNA·TVBAE·CLASSES·QVE·SIMVL·TERRESTR… ARMIS·

EST·FACIES·EA·VISA·LOCI·C…M·SAEVA·COIREN…

INSTRVMENTA·NECIS·V… IO·CONGESTA·PARATV·

VND…QVE·SIC·…ELVC·…VP… DEFORME·CO…IM·

OMNE·VAGABATVR·LEILGENVS·OMNE·TIMORIS·

COL. V

A… …ERROT… …T·IL·LAVEN…

VT·PEN… …NTE… …IS·CERVICIBVS·ASPIDE·MOLLEM·

…ABITV… …N·SOM…NVM·TRAHITVR·QVE·LIBIDINE·MOR…

PE…C… …FLATV·BREVIS·HVNC·SINE·MORSIBVS·AN…

…LNERO·STV·T…NVI·PARS·INL…TA·PARVA·V…ENI·

OC… …IN…TEREM·T·LAQVEIS·PA…S·COC…VR·ARTIS·

IN…TRAJECTAM…NIMAM·PRESSIS·EFFVNDERE·VENIS·

…MERSISQVE… …O·CLAVSERVNT·GVTTVRA·FAVCES·

…AS·IN…R·S…RAGES·SOLIO·DESCENDIT·T·INTER·

COL. VI

Gio. B.a Malosci dis. Bart. Oraty inc.

A[illegible]NALIA[illegible]NC
SICILLI·IN·R·SIA[illegible]ISERO[illegible]M·N·RVUNTVR·
HAEC·REGINA·GERIT·PROCUL·HA[illegible]Q[illegible]A·VIDEBAT·
ATROPOS·IN·RID[illegible]R·DIVERSA[illegible]
CONSILIA·INTE[illegible]ITV[illegible]QUAM·AM[illegible]A·MANERENT·
TER·FUERAT·REVOCATA[illegible]ES·CUM·PA[illegible]ATVS·
ET·PATRIAE·OMI[illegible]ANTE·SUAE·CUM·MILI[illegible]CAESAR·
GEN[illegible]·ALEXAN[illegible]IC[illegible]EN·AD·M[illegible]EN·VENIS·
SIGNAQVE·CONSTITVIT·SIC·OMN[illegible]RROR·INARTVM·

COL. VII

[illegible]POR[illegible]V[illegible]AUSTR[illegible]E·URBEM·
OPSIDIONE·TAMEN·N[illegible]C·CORPORA·MOENIBUS·A[illegible]NT·
CASTRA·QUE·PRO·MURIS·ATQVE·ARMA·PEDESTRIA·PONUNT·
HOS·INTER·COETUS[illegible]AL·SQUE·AD·BELLA·PARATUS·
VTRAQUE·SOLLEMNIS·ITERUM·REVOCAVERAT·ORBES·
CONSILIIS·NOX·APTA·DUCUM·LUX·APTIOR·ARMIS·

COL. VIII

Gio. B.ª Malesci dis.

Bart. Oratij inc.

ADNOTATIONES
IN FRAGMENTA PAPYRI LATINAE

MONITUM AD LECTOREM

ANtequam noſtris in ſingulas huius Papyri columnas Adnotationibus manum admoveamus; te monitum volumus, benevole Lector, ne mirere, ſi dictiones, quibus lacunas complanavimus, aliquot in locis ſpatia earum lacunarum vel non adaequent, vel excedant. Id enim ea de caussa factum eſt, quod Papyrus nostra ita adfecta evaſit in lucem, ut, licet accuratiſſime, ut mos eſt, evoluta fuerit; tamen alicubi plus aequo diduci viſa eſt, alicubi contractior, quam par erat, perſtare. Itaque alibi videbis breviora, quam res poſtulat, alibi laxiora ſpatia fuiſſe relicta. Horum ſpatiorum nos rationem habendam eſſe non exiſtimavimus, quum verſus menſura modo breviora, modo longiora vocabula requirebat. Quare neceſſitati parere debuimus, verſuumque menſurae conſulere. Haec te, Lector, monere in anteceſſum voluimus, ne, ſi quae ſupplevimus, metiri cum ſpatiis in animum induceres, nos culpares; & ſupplementa ea ratione, quod minime congruerent cum ſpatiis, reiiceres, ac reprobares.

COL. I.

Verſ. 1. *Quem iuvenes*. Cum ſuperioribus id κομμα adnectendum neceſſario videtur: nequit enim cum ſequentibus coniungi. Itaque quum ducem, quem collaudat, ante nominaſſet poëta, ſubdidit fortaſſe *amabant*, *colebant Quem iuvenes*, aut aliquid generis eiuſdem.

Verſ. eodem. *Grandaevos*. Nulla ſuccurrit alia vox, quae hunc in locum inferretur. Notior autem res eſt, quam ut moneamus, veteres Latinos *ſervos*, *ſervom*, & *ſervoum* pro *ſervus*, & *ſervum* extuliſſe, quemadmodum viſitur in marmoribus, & codicibus perantiquis. Sed manum potius exſcriptoris hîc aberraſſe crediderim, quam poëtam eiuſmodi αρχαϊσμον apud caſcos quidem ſcriptores uſitatum, ſed aetate illa iamdiu obſoletum uſurpaſſe. Ceterum non abſurda viri laus pertexitur e primariis ducibus partis Caeſarianae, an Antonianae? Tuum, Lector, eſto iudicium. Si Caeſarianum illum eſſe ducem malueris; neſcio an in alium quempiam quadret aptius ea commendatio, quam in M. Vipſanium Agrippam, qui Caeſari omnium bellorum ſocius nuſquam non egregiam operam navavit. Quamquam quomodo *grandaevus* eo tempore appellatur, qui tandem vix anno L maior obierit, non video. Niſi velis exiſtimare Agrippam cum iuvenibus, quos modo verſu 1. nominavit, vel cum ipſo Octaviano compoſitum, non immerito *grandaevum* appellari.

Verſ. 2. *Fide*, *dextraque potens*. Virgilianum Aeneae praeconium exprimere voluit vates VII. 236.

Fata per Aeneae iuro, dextramque potentem
Sive fide, ſeu quis bello eſt expertus, & armis.

Sed Maroni praeivit Tullius pro *Deiot.*, ubi ſic Caeſarem alloquitur: *Per dexteram te iſtam oro . . . non tam in bellis, & proeliis, quam in promiſſis, & fide firmiorem.*

Verſ. eodem. *Rerumque per uſum Callidus*. Ita fere Ovidius *Epiſt.* XX. 25.

Non ego natura, nec ſum tam callidus uſu.

Verſ. 3. *Adſiduus tractando in munere Martis*. Non infrequens apud Latinos *arma*, & *bella tractare*. Pro *munere martis*, Virgilius *martis opus* dixit VII. 515.

. . . . . *Sub te tolerare magiſtro*
Militiam, & grave martis opus.

Lucretius αρχαϊκωτερως I. 29.

. . . . . *Fera moenera militiai.*

Illud autem te, Lector, monitum ſemel velim, ne eadem de re te ſaepius obtundam, a poëta noſtro praepoſitiones vel nominibus, ut hîc in *adſiduus*, vel verbis, ut infra conſpicies, coniunctas ſine ulla immutatione ſcribi fere integras ſolere.

Verſ.

Verſ. 4. *Imminet opſeſſis*. Quanta ſit inter elementa B, & P cognatio tum apud Graecos, tum apud Latinos, ſine monitore norunt univerſi: paſſim vetuſtiores non ſolum codices, ſed etiam inſcriptiones *Apſens*, *Puplicus*, *Pleps* atque idem genus alia prae ſe ferunt. Quod ab ea fuit cauſſa, quod B, quum aliam conſonam praeeat, vix a P ſono diſtinguatur; ſicut Quintilianus I. 7. obſervavit: *Quaeri ſolet in ſcribendo, praepoſitiones ſonum, quem iunctae efficiunt, an quem ſeparatae obſervare conveniat, ut quum dico* obtinuit: *ſecundam enim B litteram ratio poſcit, aures magis audiunt P*. Quod autem ad *opſeſſis* loci huius attinet; adeo ſollemne apud veteres erat B in P immutare, quum S ſequeretur, ut Priſcianus, etſi minus recte, ſtatuerit, nulla unquam in ſyllaba litteram B cum S componi poſſe.

Verſ. 5. *Adſiliens muris*. Eodem ferme pacto Ovid. *Metamorph.* II. 526.

Adſiliit miles defenſae moenibus urbis.

C O L. II.

Verſ. 1. Potuit hic verſus & qui ſequitur ita ſuppleri: *Praelia ſuccedunt patriis infamia terris Infanda illa magis, quam ſi nos geſta laterent*. Quod probet, qui velit. Mihi potius fuit, quod vides ſupra in explendis verſibus exaratum. Videtur enim hîc poëta ſive qui a poëta inducitur, Cleopatrae exprobrare crudelitatem caedium, quae in *patriis terris* perpetratae fuere, & Caeſaris clementiam extollere, qui, licet hoſtis, militem tamen in Peluſii expugnatione a ſtrage deterruit: quod e verſibus ſtatim inſequentibus poteſt colligi. Quas autem caedes Reginae obiiciat, ecquis divinaverit? Num ad ſtragem illam poëta digitum intendit, quam II. pag. 636. edit. Reim. Dio a Cleopatra editam conſignavit? *Poſtquam*, ſcripſit ille, *in tutum pervenit* (Cleopatra) πολλους των πρωτων *multos primores civitatis ſemper ſibi infenſos, & tum clade eius* (proelio Actiaco accepta) *animis auctos occidit. Ex horum autem facultatibus, atque ex aliis publicis, & ſacris theſauris* (*neque enim ab ullo quamvis inacceſſo Sacrario ſe abſtinebat*) *ingentem pecuniam confecit, copias comparavit, auxilia quaeſivit*.

Funeraque adcedunt. *Funus* ſaepe pro caede adhiberi ſolet. Satis ſit Virgilianum illud adducere II. 538. de Priamo Pyrrhum obiurgante:

. . . . . *Qui nati coram me cernere letum*
Feciſti, & patrios foedaſti funere vultus.

Itemque IX. 527.

. . . . . *Quot funera Turnus*
Ediderit.

Verſ. eodem. *Patriis deformia terris*. Malui *deformia* hîc adponere, quam *infamia*: infra enim poëta *deforme* adhibet pro turpi, atque indigno. Adhaec nuſquam *infamia* multitudinis numero apud auctores invenire licuit, quum apud Ovidium *deformia littora Triſt.* V. 2. 63., & *tecta deformia Faſt.* V. 505. legantur. Sed nolo illud, quod adprime huc facit, Silii I. 165. praeterire:

Sed poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit
Deformem leti.

Hoc eſt, ut Forcellinius explicavit, dehoneſtatum infami genere ſupplicii. Denique duriuſculum videbatur, ſi *infamia*, *ſubſtantive*, ut loqui amant Grammatici, hoc loco acciperetur, atque ad funera adponeretur.

Verſ. eodem. *Geſta laterent*. h. e. quae geſta ſunt, laterent.

Verſ. 3. *Cum cuperet potius Peluſia moenia Caeſar*. h. e. cum cuperet potius ſtare Peluſia moenia, quam dirui, Caeſar milites adhortatus eſt, ut bellicae virtutis impetum moderarentur, & vim a moenibus abſtinerent.

Verſ. 4. *Vix erat imperiis*. *Vix* ad complendum verſum adpoſuimus, quum id poſcere ſententia videretur. Subauditur autem par, idoneus. Ac ſi quis *par* in eo loco poneret, equidem minime vetarem.

Verſ. 5. Quid *capitis iam capta iacent*. *Capere*, ſeu *vi capere*, ut pueri norunt, expugnare eſt, atque potiri. Fortaſſe ad Maronianum illud adluſit VII. 295.

Num capti potuere capi?

Verſ. eodem. *Praemia belli*. Non importunum extremo hoc verſu *praemia belli* ſubiicere viſum eſt: nam obſervatum eſt Voſſio, aliiſque, *praemium* idem olim ac praedam valuiſſe. Virg. XI. 78. *Mul-*

Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
Aggerat, & longo praedam iubet ordine duci.

Imo Varro *L. L.* IV. a *praeda praemium* factum esse, licet immerito, autumavit.

Vers. 7. *Cum Domina plebes quoque. Cum Domina* hunc in locum intulimus, quod aliquid requiri videbatur, quod plebi opponeretur. *Plebes plebei*, & *plebes plebis* a veteribus dicebatur: inde factum *plebs*.

Vers. 8. *Vindicat hanc famulam*. Poëta κυριως hîc loquutus est: vindiciae enim, quum de hominis statu certaretur, a Praetore dabantur & secundum libertatem, & secundum servitutem. Quare is, qui in ius adierat, iudicio absoluto, vel in libertatem, vel in servitutem vindicabatur.

C O L. III.

Vers. 1. *Fas et Alexandro*. In tam brevi spatio, quod a versus initio deerat, ita supplendum censuimus. Verum quid hîc sibi velit poëta, mihi non liquet. Loquitur ne de Alexandro Magno Alexandriae conditore? Loquitur ne de tempore illo, quum Alexander Iovis filius, Deusque haberi voluit? Tu, Lector, haec arbitratu tuo definies.

Vers. 2. *Dico etiam doluisse Deam*. Isidem hoc loco designatam crederem, in cuius fide, ac tutela esse Cleopatra curabat, ut a populo existimaretur. Imo consilio, astuque providebat, altera ut Isis ab omnibus haberetur; quum enim negotium publicum gestura erat, Plutarchus in Antonii vita testatur, Isidis stola ornatam ad populum prodire solitam. His de caussis scripsit, opinor, poëta, Deam doluisse, quum Cleopatram vidit Actiaca pugna superatam.

Vers. 3. *Cum causa fores tu maxima belli*. Recte Cleopatra caussa maxima belli fuisse dicitur: illa enim illecebris, blanditiisque eo perduxit Antonium, ut unice se perditeque deperiret, posthabita, despectaque Octavia. Quam fororis iniuriam Caesar in primis praetendit ad bellum conflandum. Observa, Lector, *causa*, & inferius *causas* unico *s* fuisse scripta. Quae scribendi ratio apud vetustiores obtinuit, nec nisi Ciceronis aetate mutari cepit. Audi Fabium I. 7. *Quid quod Ciceronis temporibus, paulumque infra, fere quoties s littera media vocalium longarum, vel subiecta longis esset, geminabatur? ut caussae, cassus, divissiones quo modo & ipsum, & Virgilium scripsisse, manus eorum docent*. Quem quidem morem non omnes sequutos fuisse ex duplici hoc vatis nostri loco edocemur.

Vers. 4. *Pars etiam Imperii*. Non sine caussa partem imperii fuisse Cleopatram adfirmavit poëta: quum enim plerique ex ducibus ab Antonio contenderent, ne feminam secum ad bellum in Italiam adduceret; illa indignum fore facinus aiebat, si a bello abesset ea, quae naves CC, talenta XX millia contulisset, magnoque commeatu aleret exercitum universum; consilio vero, atque animi magnitudine nemini omnium regum, qui Antonium sequerentur, concederet: ad extremum posse, quae tantum regnum in tanta rerum varietate tot annos administrasset, eius belli consiliis interesse confirmabat. Adisis Plutarchum in vita Antonii.

Vers. eodem. *Quae Femina tanta*. Interrogationis nota hîc apponenda est, atque *Virorum* ad sequens κομμα referri debet. Recte per simplex elementum *Femina* perscribitur, si quidem απο του *feo*, quod iam obsolevit, uti Vossius in voce *Femur*, & *Fenus* opinatur, *femina*, *fetus* aliaeque eiusdem stirpis dictiones fruticarunt. Idem praeferre marmora, codicesque veteres monuere Manutius, atque Cellarius.

Vers. 5. *Ni gloria mendax*. *Gloria* pro fama fuisse hîc posita videtur μετωνυμικως; siquidem fama recte factorum praedicatione gloriam parit. Ac fama a Propertio IV. 11. 19. *mendax* appellatur. Haec autem poëtae sententia in mentem revocat, quod Livius de populorum originibus, quae vetustatis tenebris obsitae delitescunt, initio operis illevit: *Datur haec venia antiquitati, ut, miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciat.*

Atque extremis hisce versibus, ut intelligere, Lector, potuisti, oratio personae illius, quaecumque ea demum sit, quae cum Cleopatra colloquens inducitur, absolvitur. Iam vero, ni gravere, Lector, coniecturam, quae mihi non omnino visa est improbabilis, brevi proponam. Dio, & Plutarchus prodidere, Actiaca pugna pugnata, ab Antonio, & Cleopatra ad Caesarem, a Caesare vero ad Antonium & Cleopatram homines mis-

ſos cum mandatis fuiſſe. A Caeſare Alexandriam profectus eſt Thyrſus libertus, homo ſagax, callidus, neque indiſertus, cui clam ille mandavit, ut quibuſcumque eniti poſſet rebus, ſuumque cum primis amorem pollicitus Cleopatram pelliceret ad prodendum Antonium. Is quidem, quum familiarius ageret cum Cleopatra, in ſuſpicionem Antonio venit: qui comprehendi illum & verberari iuſſit, maliſque multatum modis ad Caeſarem remiſit, litteraſque dedit, ut, ſi id aegre foret, in Hipparcho liberto ſuo, qui penes ipſum erat, par pari referret. Quibus e rebus ſi coniicere liberet, Thyrſum hunc in locum a poëta invectum, qui bene longam orationem ad Cleopatram haberet, necubi patroni mandata negligeret; non omnino repudianda eiuſmodi coniectura videretur.

COL. IV.

Verſ. 1. *Saepe Ego*. Haec Cleopatrae videtur oratio, qua Thyrſo, ſive quis alius fuit is, qui columnis ſuperioribus ſermocinatus eſt, reſpondet. Perdifficile autem eſt divinare, quid hîc ſibi Poëta voluerit. Equidem dubitavi, num hae voces *Saepe ego* ad ea, quae praeivere, pertinerent, & verſus reliquus ita confici poſſet: *Quae Veneris curae ſermonibus auctae*: h. e. Veneris curae, quas adhuc commemoravi, ſermonibus, uti fit, auctae ſunt. Tum verſum inſequentem ita rebar concinnandum appoſita interrogatione; *Quas igitur, fac poſſe tamen, nunc quaerere cauſas, Exſiguaſque moras vitae libet*? Sed rem accurate penſitanti minus belle viſa ſunt ea cohaerere. Videtur enim hîc Cleopatra ſignificare, ſe iam ſibi manus afferre conſtituiſſe, ſed in eo conſilio fluctuantem vivendi cauſſas, & moras quaerere. Itaque hunc in modum, quemadmodum vides, verſus conſtituendos curavimus.

Verſ. 2. *Qua fugitur lux, erro*. h. e. qua lucem, & vitam fugiam, animo errare mihi videor, & fluctuare.

Verſ. 3. *Exſiguaſque moras*. *Exiguas* poſtulat hîc ſententia: ſed cum ſibilo vox illa exarata eſt, veterum more, qui poſt *x* litteram *s* additam voluere, ut *Vixſit*, *Alexſander*, atque idem genus non pauca. Ita apud Grut. pag. 576, 7. quemadmodum legiſſe ait Gudius:

DIS MANIBVS
DEXSTERO CAESARIS SERVO &c.

Quem morem Pierius ad *Aen.* VII. 648. obſervavit.

Verſ. eodem. *Eſt mihi coniunx*. En, Lector, unde vitae cauſſae, moraeque a Cleopatra quaerebantur. Antonium vero hîc deſignatum credimus. *Coniunx* non ſolum, & *Coniux*, verum etiam *Coiux*, *Coiunx*, *Coniunxs*, ſaepe marmora vetera inſpicientibus obverſantur. Conſule, ſi vis, in *Orthographia* Manutium.

Verſ. 4. *Parthos qui poſſet* &c. Non unum, ut indicavimus, in Parthos bellum molitus eſt Antonius: alterum Ventidius legatus, alterum per ſe ipſe confecit. Ventidius quidem admirabili virtute, & felicitate rem geſſit, primuſque Romanorum, ut apud Plutarchum in Antonii vita leges, Romae de Parthis triumphavit: Antonius vero exercitum multis cladibus affectum in Aegyptum reportavit. Quam Romani nominis maculam is, novo bello apparato, eluere ſtudebat, niſi gratia cum Octaviano male ſarta diſcinderetur. De Antonii expeditionibus adverſus Parthos conſule etiam Dionem XLVIII. 41. & rurſus XLIX. 20. 21.

Verſ. 5. *Qui ſprevit noſtraeque mori pro nomine gentis*. Horat. I. *Od.* I. 20.

Nec partem ſolido demere de die
Spernit.

Tu vero, niſi adriſerit, *ſtatuit*, aut quid eiuſdem modi refingito.

Verſ. 6. *Hic igitur partis animum diductus in omnis*. Verſus hic ex illo Virgiliano V. 720 effictus videtur:

Tum vero in curas animum diducitur omnes.

Atque idem IV. 630.

Haec ait: & partes animum verſabat in omnes.

Verſ. eodem. *Partis in omnis*. Veteres *parteis*, *omneis* ſcribebant: quod & antiquis in codicibus viſitur, & prae ceteris monuit Quintilianus I. 7. *Diutius perduravit*, *ut e i iungendis eadem ratione*, *qua Graeci* ει, *uterentur*. Deinde vero, duabus in unam litteris coa-

coaleſcentibus, *partis*, *omnis* numero multitudinis dixere. Illud autem hic dignum eſt obſervatu, lineolam curvam ſiniſtro lateri litterae I adpictam eſſe: quod tanquam ſignum aliquod διακριτικον videri poſſit, quo intelligeretur *partis* numero multitudinis accipiendum; licet ea lineola non eadem ſemper forma adpingatur, atque alicubi, neſcio quo caſu, omnino exciderit.

Quid vero extremi huius Columnae verſus ſignificent, aut quo Antonii animus in partes omnes, ut ait poëta, diductus reſpectet, me plane fateor non intelligere. Poſtrema tamen illa *Terris quibus, aut quibus undis* ingens illud, & prope incredibile facinus a Plutarcho in Ant. vita commemoratum, quod Cleopatra auſa eſt commoliri, in mentem reduxerunt. Illa quidem omnia ſibi a Caeſare timens longe ab domo in ignotas terras commigrare, novumque ibi imperium fundare deliberavit. Itaque, opibus, quas potuit maximas, undique collectis, claſſem comparavit, eamque terra ad Iſthmum devehendam conſtituit, ſe ſuaque mari, ventiſque permittens. Verum Arabes, qui circa Petram incolunt, in itinere obviam facti quum primas naves terra delatas igne corrupiſſent, & Antonius ex Libya ſuperveniens in legionibus, quas in Actio reliquerat, & incolumes exiſtimabat, adhuc ſpem haberet; omnem illa conſilii perficiundi cogitationem abiecit. Atque his illud etiam adiicere non piget, quod prodit Dio: *Ad hoc ſe inſtruebant* (Antonius, & Cleopatra) *ut ſi qua neceſſitas urgeret, in Hiſpaniam navigarent*. Vides, Lector, quomodo Antonii animus in omnes partes diducebatur.

COL. V.

Verſ. 1. *Delectumque forum*. Vox *ſpectacula* verſus inſequentis eo nos deduxit, ut initium huius verſus ita compleremus: forum enim pro ſua amplitudine ad praebenda ſpectacula eſt aptiſſimum.

Verſ. eodem. *Quo noxia turba coiret*. Quae fuerit haec turba tam vario mortis genere adfecta, quae vero noxa tam crudelibus ſuppliciorum exemplis vindicata; ecquis nunc poterit in apricum proferre? Verum age, Lector, illud animo repete, quod iam monuimus, non ſolum a Plutarcho, ſed etiam a Dione proditum, Cleopatram vim complurium venenorum & mortiferorum animantium in hominibus capitali ſcelere obſtrictis expertam fuiſſe. Potuit ne fieri, ut hi in forum deducti *ſpectacula triſtia mortis* praebuerint?

Verſ. 3. *Qualis ad inſtantis acies*. *Inſtantis* pro *inſtantes*, uti modo ſupra obſervavimus, poſitum eſt. Littera autem i lineolam obliquam, non curvam, ut vides, gerit. Nec novi, cur *acies* οβελον poſtrema vocali ſuperpoſitam habeat; quum praeſertim unice id hoc loco adhibeatur.

Verſ. 6. *Vario congeſta paratu*. Nolo hîc tacitus praeterire extremam vocem nec Tullio, Horatio, Virgilio, quod ſciam, uſurpatam, ab Ovidio, Tacito, ceteriſque inſequutis ſcriptoribus fuiſſe uſitatam.

Verſ. 8. *Omne vagabatur leti genus*. Vide, Lector, *letum* minime adſpiratum, quemadmodum Manutius, Cellarius, aliique e codicibus, & marmoribus ſcribendum eſſe collegerunt.

C O L. VI.

Verſ. 1. *Hic cadit abſumtus ferro*. Ipſa ſententia poſtulavit, ut verſus hic ita ſupple-retur. Si *abſumtus* minime placuerit, *incumbens*, aut aliud in eius locum ſubiicito. In his autem carminibus elegantem vides multorum cruciatuum deſcriptionem vividis coloribus expreſſam, & ob oculos propoſitam.

Verſ. 2. *Aut pendente ſuis cervicibus aſpide*. Pervetus apud Aegyptios exſtitit mos, admota aſpide, hominum necandorum. Tullius *pro C. Rabirio Poſth* 9. diſerte tradit, *Demetrium & ex republica Athenis, quam optime geſſerat, & ex doctrina nobilem, & clarum in eodem iſto Aegypti regno, aſpide ad collum admota, vita eſſe privatum*.

Vers. 3. *Trahiturque libidine mortis*. Crediderim id in animo poëtam habuiſſe, mollis ſcilicet ſomni, ut ipſe ait, dulcedine ad mortem ſenſim ſine ſenſu trahi.

Verſ. 4. *Perculit adflatu*. De baſiliſco videtur hîc poëta locutus, qui corpore parvus eſt, nocetque etiam adflatu. De eo ſic Plinius VIII. 33. *Eadem* (quae Catoblepae, cuius mentio capite proxime ſuperiori) *& baſiliſci ſerpentis eſt vis. Cyrenaica* (praecipue) *hunc generat provincia, XII non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate* (unde ei quaeſitum apud Graecos nomen Βασιλισκος, apud Latinos Regulus) *inſignem. Sibilo omnes fugat ſerpentes: nec flexu multiplici, ut reliquae, corpus impellit, ſed celſus, & erectus in medio incedens. Necat frutices non contactos ſolum, verum & adflatos: exurit herbas, rumpit ſaxa*.

Verſ. 5. *Volnere ſeu tenui*. Saepe veteres vocales u, & o immutarunt. Qua de re I. 4. Quintilianus: *Quid O atque V permutatae invicem? ut Hecoba, notrix, Chulchides, & Pulyxena ſcriberentur: ac ne in Graecis id tantum notetur, dederont, ac probaveront*. Eadem ratione apud Plautum, Lucretium, Salluſtium *volt, voltis, volgus* aliaque ab his non abſimilia occurrent.

Verſ. 6. *Ocius interemit*. Vide, Lector, *interemere* ſine ulla mediae vocalis mutatione ſcriptum eodem ferme modo, quo *coemere* ſcribimus, atque obſoletum ſane verbum *abemere*, ut Feſtus adnotavit, veteres ſcribebant. Quod vero ad *Ocius* attinet, Voſſius affirmat ita in codicibus exarari.

Verſ. eodem. *Laqueis pars cogitur artis*. *Artus* ſive adiectivum ſit, ſive ſubſtantivum extrito c ſcribi oportere monuit in ea voce Voſſius. Atque Pierius teſtatur in melioris notae codicibus non modo Virgilianis, ſed aliorum etiam auctorum eandem exſtare ſcriptionem. Illud autem par eſt hoc loco animadvertere, tum qui laqueis conſtricti, tum qui undis demerſi mortem obiere coniecturam paullo ante propoſitam videntur infirmare. Ex Plutarcho enim didicimus, Cleopatram venenorum efficaciam in iis, qui noxa aliqua graviori tenerentur, experiri, non homines laqueo, & ſubmerſione necare voluiſſe. Nihil equidem ad haec habeo dicere: nolim enim in poëtam eam culpam conferre, quaſi, ne quid tragoediae ſuae tam bene peractae deeſſet acerbitatis, eiuſmodi ſupplicia de ſuo addidiſſe. Quamquam quid prohiberet ſuſpicari ſtragem multorum optimatum, quam Dio, ut diximus, Cleopatram edidiſſe narravit, fuiſſe hoc loco a poëta graphice depictam? Nihil profecto auſim in re tam dubia adfirmate pronunciare.

Verſ. 7. *Interſaeptam animam*. Cum diphtongo *interſaeptam* ſcripſit poëta, uti viri eruditi & in *Cenoth. Piſan.* & in duplici Inſcriptione apud Grut. quae απο του *ſaepio* gignuntur, exarari animadverterunt. Atque licet in Virgiliano codice Medicaeo bis ſimplici elemento perſcribantur; pluries tamen eodem in codice cum diphtongo ſeſe offerunt.

Verſ. eodem. *Preſſis effundere venis*. Saepe ab auctoribus *venae* loco *arteriarum* uſurpatae ſunt: *arteriae* vero pro τραχια αρτηρια adhibitae: qua ſane *laqueis artis* preſſa, anima interſaepta effunditur.

C O L. VII.

Verſ. 1. *Sic illi inter ſe.* Quinam ſint, de quibus hoc loco ab auctore noſtro eſt mentio interpoſita, non erit facile coniectare, Nihilo tamen minus, ſi quis de Antonio id atque Cleopatra accipiendum eſſe arbitraretur, qui, quum afflictae perditaeque res omnem fere ſpem praecidiſſent, miſera, ſed aliqua tamen neſcio qua conſolatione animi aegritudinem lenirent, equidem non abnuerem.

Verſ. 2. *Haec Regina gerit.* Nulli dubium eſſe poterit, quin de Cleopatra agat poëta.

Verſ. eodem. *Procul hanc occulta videbat Atropos inridens.* Atropos reginam inridebat ea quidem de cauſſa, quod verti, unde ipſi comparatum nomen, mutarique non poterat quidquid fato deſtinatum erat. Quod verſu ſequenti cognoſci luculenter poteſt.

Verſ. 3. *Inter diverſa vagantem Conſilia interitus.* Quo pacto Cleopatra faciliorem e vita migrandi viam quaerens animo huc illuc vagaretur, ſupra adnotavimus.

Verſ. 5. *Cum parte Senatus.* Adi, ni grave eſt, Dionem L. Is quidem, gliſcente bello civili, e primoribus Romanorum partim, ut fieri ſolet, Antonio, partim Caeſari ſtuduiſſe narrat. Quare Conſules Cn. Domitius, & C. Soſſius ex urbe clanculum egreſſi ad Antonium transfugere, eoſque deinde ſequuti ſunt ſenatorum ουκ ολιγοι, non pauci. Caeſar autem quum ex Italia ad bellum gerendum diſcederet; παντας τους τι δυναμενους και των Βουλευτων, και των ιππεων omnes optimates & ſenatorii, & equeſtris ordinis ſecum adduxit, tum ut eorum opera uteretur, tum ne in urbe relicti novas res molirentur, tum vero maxime, ut hominibus oſtenderet, maximam optimamque Romanorum partem eadem, quae ipſe, ſentire. Hîc igitur ab hiſtoriae veritate minime alienus eſt poëta.

Verſ. 7. *Gentis Alexandri cupiens ad moenia venit.* Ex ipſo litterarum ductu verſus complanatus eſt. Si *cupiens* tibi non ſatisfaciat, aliud quid aptius, quod in mentem veniet, Lector, reponito.

Verſ. 8. *Signaque conſtituit. Sic omnis terror in artum.* Iam ex Plutarcho obſervavimus in Hippodromo ipſo adverſus Alexandriam Caeſarem caſtra poſuiſſe. Itaque *omnis terror in artum*, q.d. homines ad incitas, obſeſſa Alexandria, adegit Caeſar, quae ſi capta foret, omnis Aegyptus in victoris ditionem veniret.

C O L. VIII.

Verſ. 1. *Obterere adniſi portarum clauſtra per urbem.* Ita viſum eſt, hunc verſum explere, quum prima verſus huius dictio in *rere* exiret: neque nobis de ea cogitantibus aptius verbum, quam *obterere* factum eſt obviam. Atque hîc de Caeſarianis nullus equidem dubitavi, quin poëta ſit loquutus: a quibus ad expugnandam Alexandriam impetus factus eſt in portas urbis egregie, ut mos erat, ab hoſtibus communitas. Vide apud Livium VI. XXII. pugnam Romanorum opem Tuſculanis, qui in arcem confugerant, ferentium adverſus Latinos Tuſculo iam potitos: quam pugnam huc adprime facientem moleſtum, opinor, non erit, ſi hîc perlegas: *Utrinque urgentur Latini: nec impetus Tuſculanorum decurrentium ex ſuperiore loco ſuſtinent: nec Romanos ſubeuntes moenia, molienteſque obices portarum arcere poſſunt. Scalis prius moenia capta: inde effracta clauſtra portarum.*

Verſ. 2. *Obſidione tamen nec corpora moenibus arcent.* Q. d. etſi Caeſariani arta obſidione urbem premerent; tamen hoſtes a moenibus tutandis non arcebant. Atque *corpora* pro hominibus poſitum videtur, quemadmodum apud Q. Curtium v. 23. ubi Alexander, quum duces militeſque ſuos ad certamen adhortaretur, Darium commonſtrans: *In illo corpore*, inquit, *poſita eſt victoria noſtra.*

Verſ. 5. *Utraque ſollemnis iterum revocaverat orbes.* De vocabuli *ſollemnis* ſcriptura, ne pluribus rem deducam, ſatis ſit e Noriſio ad *Cenotaph. Piſan.* diſcere, *ſollemnis*, *ſolemnis*, *ſollennis*, & *ſolennis* in codicibus, atque inſcriptionibus paſſim proſtrare. Pro conſueto autem atque uſitato, uti apud ſcriptores identidem reperies, hîc *ſollemnis* uſurpatur. *Orbis*, quum non infrequenter apud poëtas praeſertim pro ſolis, lunaeque curſu accipi ſoleat, hoc loco pro diurno, nocturnoque ſpatio adhibitum eſt ab auctore noſtro: itaque *nox & lux ſollemnes revocaverat orbes*, idem erit atque uſitatum curſum repetiverat.

Verſ. 6. *Conſiliis nox apta ducum, lux aptior armis.* Perſimilis Philoſtrati ſententia in vita Apollonii XXVI. *Tempus enim illud* (nox) *eſt ad capienda conſilia accommodatum magis.* Quod ſi univerſim verum illud ſit, multo etiam in bellis verius exiſtimari debet.

Atque haec ferme fuere, quae in huius Papyri fragmenta adnotanda esse duximus. Nos quidem, Lector, noluimus Commentatorum vice fungi, & magno eruditionis apparatu si non inutili aliquando, importuno certe, ac fastidioso plerumque singulas vatis nostri sententias adornare, quo voluminis moles increscceret, atque in tenui re gloriam quaereremus. Quamquam, ut ingenue, quod perferendum fuit, aperiamus, tenuis ea res improbo saepe labore stetit, ingentique molestia. Quantum enim conari, enitique debuerimus, ut voculas, dictionesque anxie aucuparemur, quae & cum elementis dictionum vel initio, vel medio, vel fine superstitibus recte coagmentarentur, & versui rite concludendo aptarentur, & cum obscura ut plurimum auctoris sententia convenirent; nae ille poterit intelligere, qui expertus aliquando sit, versandoque huic saxo tantisper insudaverit. Quo illud etiam accedit, quod, quum longum saepenumero, ingratumque laborem exhauseris, vix exsculpere potes, atque extundere, quod tibi probetur, nedum aliis probatum iri speres. Sed nolo hîc diutius immorari, ne industriam, operamque a nobis impensam amplificare oratione videar. Quare, quod initio dicere instituueram, noluimus haec fragmenta onerare commentario grandiori; sed pauca quaedam interspergere, quae vel rationem, cur eo modo lacunas compleverimus, redderent; vel παλαιογραφιαν auctoris palam facerent, vel aliquid lucis feneraremur negotiosis, ut facilius poëtae sententiam dispicere possent, atque haec discerpta Absyrthi membra agnoscere. Quae omnia si tibi, Lector, aliqua ex parte probata esse intelligemus; non mediocrem curarum nostrarum fructum retulisse existimabimus. Antequam autem finem orationi faciamus, unum addere hoc extremo loco liceat, si omnibus perlectis, attenteque consideratis, in eam opinionem adducare, ut non Actiacam tantum victoriam, sed universum Aegyptiacum Octaviani bellum hoc poëmate perscriptum fuisse iudicaveris; nos non modo pedibus ituros in sententiam tuam, sed pluribus etiam tibi assensuros.



Mezzo palmo Napoletano

e Mezzo palmo Romano

Nic. Vanni Reg. Delin.

Fran. Cepparoli Napol. Reg. incisore

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ

B.

EPICVRI

DE NATVRA

LIBER II.

περ δε της κατα την
φορα νυ παρχο τσης
ταχυτη νυννε
τειν επιχ ησομεν
πρωτον μεν η λε
πτο της μακρανσης
απο των αισθησεων
λεπτοτητος α
σα ταχυτητ τ ν
δωλων α τατ
ν α νυ περ β
δε κνυται

Col. I

της κουφα ειδ περ
βαλλον τω φα
δηλον ως και υπερ
βαλλον τως ταχειαν
κατα την φορ αν
ειτομενο νι σο τα
χε σι α τομοι λε
γε δ νε
ρο τω ι φε
να λι
π συνεχ
ρο κ αι μ νον
ι ενα ιου
π
και

Col. II

COLUMNA I.

Περι δε της κατα την Φοραν υπαρχουσης ταχυτητος νυν λεγειν επιχειρησομεν. Πρωτον μεν γαρ ἡ λεπτοτης μακραν της απο των αισθησεων λεπτοτητος απεχουσα ταχυτητα των ειδωλων κατα την Φοραν ανυπερβλητον συνδεικνυται . . . . .

De celeritate autem, qua in motione adficiuntur, nunc dicere adgrediemur. Primum quidem enim tenuitas longe ab ea diſtans, quae ſenſibus percipitur, tenuitate, ſimulacrorum in motione celeritatem inſuperabilem arguit . . . . .

CAP. I. De ſimulacrorum celeritate.

COLUMNA II.

. . . . eximie levia: ſi autem eximie levia, manifeſtum eſt, eximie quoque celeria eſſe in motione. Et ſi ad ſummam pari celeritate praeditae ſunt atomi, dicendum eſt, commigrantibus ipſis, dum unum in locum feruntur, perennem utique meare fluxum, neque vacuum eis obſiſtere ultra meantibus, & . . . .

ὑπερβαλλοντως κουφα· ει δ' ὑπερβαλλοντως κουφα, δηλον, ὡς και ὑπερβαλλοντως ταχεια κατα την Φοραν. Και ει το μεν ὁλον ισοταχεις εισιν αἱ ατομοι, λεγειν δει, συνεισφερομενων, εν τῳ εφ' ἑνα τοπον Φερεσθαι, περαν δη συνεχη του ξου, και μη το κενον αιταις εναντιουσθαι περαν Φερομεναις, και

SCHOLION IN COL. I.

V. 2. Φοραν adpellat motum illum, quo ειδωλα, h. e., *corporum ſimulacra* ab ipſis avulſa per aëra feruntur, quem celerrimum eſſe demonſtrare adgreditur. Sic & paſſim ea voce utitur in epiſtola ad Herodotum, apud Laërtium *lib. X.* Φορα enim (ut recte adnotat *Henric. Stephan.*, in ſuo *Theſauro*) *interdum dicitur de eo, quod fertur cum impetu: unde & quamdam impetus ſignificationem habet*. Hinc, ut infra idem Lexicographus docet, ſumitur Φορα *& pro impetu naturae ad aliquid incitatae*, ut apud Plutarchum in *Themiſtocle*: ετι δε παις ων ὁμολογειται Φορας μεστος ειναι: *conſtat puerum etiamnum ardoris animi plenum fuiſſe*. Ejuſmodi ſignificationem cum non animadvertiſſet *Olearius*, mirifice hallucinatus eſt in reddendis Philoſtrati verbis *in Vita Apollonii lib. VII., cap. 4*, ubi ſic loquitur Philoſtratus: Ο δ', ὡσπερ τῳ Σοφοκλει πεποιηται προς τον Οιδιπουν ὁ Τειρεσιας ὑπερ ἑαυτου λεγων· ου γαρ τι σοι ζῳ δουλος, αλλα Λοξια· ὑτω την σοφιαν δεσποιναν πεποιημενος ελευθερος ην της Δομετιανου Φορας, τα Τειρεσιωτε, και Σοφοκλεους ἑαυτῳ επιθεσπισας, και δεδιως μεν ουδεν. Ipſe autem vertit: *Apollonius vero, quemadmodum a Sophocle fingitur Tireſias apud Oedipum de ſe dixiſſe*: „ *Apollinis vivo miniſter, non tuus* „: *ita & ipſe dominam ſequutus ſapientiam, ex iis erat, qui libertatem Domitiani aevo tuebantur, Tireſiae, Sophocliſque verba ſibi dicta exiſtimans, nihilque ſibi quidem metuens ipſi*. In ſubiecta vero adnotatione ſic ait: *Eunapius Vit. Sophiſt. p. 5.* την εν τῳ μεσῳ Φορων σοφιστων *memorat. Ut itaque* σοφιστην *diceres* της εν τῳ μεσῳ Φορας, *cum, qui media aetate floruerit, ſic* ελευθερον της Δομετιανου Φορας *eſſe puto hominem vere liberum, qui aetate Domitiani extiterit, &, ut ad verbum magis exponam, qui ſit ex genere liberorum, quos Domitiani tulit aetas*. Nugatur heic quidem Olearius, & quae adfert, απροσδιονυσα prorſus ſunt. Etenim ἡ Φορα των σοφιστων εν τῳ μεσῳ apud Eunapium nihil aliud eſt, quam *copia ſophiſtarum ubique occurrentium*; ut apud *Aeſchin.* Φορα ῥητορων, & itidem apud *Plutarch.* Φορα σοφιστων, quod diſcere licet e lexicis. In Philoſtrati igitur loco ἡ Δομετιανου Φορα idem valet, ac *impetus naturae Domitiani*, qua liberum fuiſſe Apollonium praedicat, quippe qui nihil timeret, δεδιως μεν ουδεν. De Domitiani enim violento ingenio ita Dion Caſſius initio Lib. LXVII. in Domitiano: Δομιτιανος δε ην μεν και θρασυς, και οργιλος, ην δε και επιβουλος, και κρυψινους· ὡστε αφ' ἑκατερων, των μεν το προπετες, των δε το δολιον ἐχων, πολλα μεν ὡς σκηπτος οξεως εμπιπτων τισιν, ελυμαινετο, πολλα δε και εκ παρασκευης εκακουργει. *Domitianus homo erat audax & iracundus; idem praeterea inſidiator & occultus: itaque ex altero praeceps, ex altero fraudulentus erat. Multa enim nonnullis damna irruens celeriter inſtar fulminis, multa contra & praemeditatus inferebat*.

V. 3. ταχυτητος) Etſi de celeritate ἁπλως verba ſe facturum ſpondet, tamen quominus de *idolorum celeritate* ſermonem inſtituat, quae ſequuntur dubitare non ſinunt. Palam igitur fit, in praecedentibus, quae deſunt, de idolis γενικως pertractaſſe, h. e., de ipſorum natura, & creatione; ut ex Laërtio, & Lucretio diſcimus. Hinc Poëta ſic Epicuri tranſitionem, in quam commentamur, παραφραζει *lib. IV. v.* 177:

Nunc age quam celeri motu ſimulacra ferantur,
Et quae mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita ſit, longo ut ſpatio brevis hora teratur,
In quemcumque locum diverſo numine tendunt,
Suavidicis potius, quam multis verſibus edam.

V. 5. ἡ λεπτοτης) De ſimulacrorum tenuitate procul dubio diſſeruerat: nunc autem ex ipſamet tenuitate eorum celeritatem adſumit.

V. 6. *&* ſequ. μακραν της απο των αιτιητεων λεπτοτητος απεχουσα) Idem Epicurus in epiſtola ad Herodotum apud Laërtium *lib. X* ſeg. 46. ſic eamdem ſententiam expreſſit. και μεν και τυποι ὁμοιοσχημονες τοις στερεμνιοις εισι, λεπτοτησιν απεχοντες μακραν των Φαινομενων: *ſunt vero & quaedam effigies, corporibus ſolidis delineatione conſimiles, quae ſua tenuitate longe ſuperant quidquid eſt rerum conſpicabilium*. Hinc Lucretius *lib. II. v.* 312:

Omnis enim longe noſtris ab ſenſibus infra
Primorum natura jacet.

Et *lib. IV. v.* 730 ſic cecinit:

Tenuia, quae facile inter ſe iunguntur in auris
Obvia cum veniunt, ut aranea, bracteaque auri:
Quippe etenim multo magis haec ſunt tenuia textu,
Quam quae percipiunt oculos, viſumque laceſſunt.

Hu-

Huiuſmodi autem tenuitatem ex atomorum incredibili parvitate arguebat Epicurus, utpote quas nulla magnitudine praeditas aiebat, teſte Laërtio *lib. X. ſegm.* 44 : παν τε μεγεθος μη ειναι περι αυτας· ουδεποτε γαν ατομος ωφθη αισθησει : *omnemque magnitudinem non eſſe circa ipſas ; nunquam enim atomus ſenſu viſa eſt* . Quapropter *Lucretius lib. IV. v.* 109 :

Nunc age , quam tenui natura conſtet imago,
Percipe . Et in primis , quoniam primordia tantum
Sunt infra noſtros ſenſus , tantoque minora ,
Quam quae primum oculi coeptant non poſſe tueri .

V. 9. των ειδωλων) Quid των ειδωλων nomine intellexerit Epicurus, ipſemet explicat in ſuperius citata *epiſtola ad Herodotum* , ubi cum dixiſſet eſſe in natura τυπους ὁμοιοσχημονας τοις τερεμνιοις , & de eorum generatione locutus eſſet , concludit : τουτους δε τους τυπους ειδωλα προσαγορευομεν : *hos autem typos idola adpellamus* . Hinc Lucretius *lib. IV. v.* 34 :

. . . . . rerum ſimulacra vocamus ,
Quae quaſi membranae ſummo de corpore rerum
Dereptae volitant ultro , citroque per auras .

Et v. 46 :

Dico igitur rerum effigias , tenueiſque figuras
Mittier ab rebus ſummo de corpore earum ,
Quae quaſi membrana , vel cortex nominitanda eſt ,
Quod ſpeciem ac formam ſimilem gerit eius imago ,
Quoiuſcumque cluet de corpore fuſa vagari .

Atque adeo adpoſite *Tullius de Fin. lib. I. cap. 6 : imagines , quae* idola *nominant , quorum incurſione non ſolum videamus , ſed etiam cogitemus* .

V. 11. ανυπερβλητον) Eamdem ſententiam , eodem vocabulo ſic idem Epicurus expreſſit in *epiſt. ad Herodot. apud Laërt. lib. X ſegm.* 47 : ὁτι τα ειδωλα ταις λεπτοτησιν ανυπερβλητοις κεχρηται , ᾧ μηδεν αντιμαρτυρει των Φαινομενων , ὁθεν και ταχη ανυπερβλητα εχει· *quia idola inſuperabili tenuitate praedita ſunt , cui rei nihil adparentium refragatur ; idcirco & inſuperabilem habent celeritatem* .

SCHOLION IN COL. II.

V. 2. Mutilam illam voculam τως , quae initium facit hujus Columnae, reſiduum eſſe vocis ὑπερβαλλοντως in praecedenti adpictae, nemo erit, qui dubitet ; ſiquidem mox adſumit : ει δ' ὑπερβαλλοντως κενα. Quomodo autem haec Columna cum praecedenti conſarcinari queat , vide Commentarium .

V. 3. κενα) E ſimulacrorum levitate celeritatem oriri ſic ex Epicuri mente cecinit Lucretius *lib. IV. v.* 184 :

Principio perſaepe leveis res , atque minutis
Corporibus factas celereis licet eſſe videre :
In quo iam genere eſt ſolis lux , & vapor eius ,
Propterea quia ſunt e primis facta minutis ,
Quae quaſi truduntur , perque aëris intervallum
Non dubitant tranſire ſequenti concita plaga .
Subpeditatur enim confeſtim lumine lumen ,
Et quaſi protelo ſtimulatur fulgure fulgur .
Quapropter ſimulacra pari ratione neceſſe eſt
Immemorabile per ſpatium tranſcurrere poſſe
Temporis in puncto : primum quod parvola cauſa
Eſt , procul a tergo quae provehat , atque propellat :
Deinde quod uſque adeo textura praedita rara
Mittuntur , facile ut quaſvis penetrare queant res ,
Et quaſi permanare per aëris intervallum .

Poſt v. 6. in margine ſiniſtrorſum adpictum vides ſignum ≻ Id nempe eſt, quod veteribus adpellabatur διπλη οβελισμενη , h. e. , διπλη γραμμη cum οβελῳ ; & quoniam haec

haec figura tranſverſum λαμδα referebat, dictum etiam fuit αντιλαμδα. De huius επισηματος uſu ſic Iſidorus *Etymolog. lib. I cap.* 20 : *Diple obeliſmene interponitur ad ſeparandas in comoediis , vel tragoediis periodos* . Hinc autem dignoſcitur adhibitam quoque ad diſtinguendas varias orationis partes : nempe cum Scriptor ad alia pertranſit . Vt heic Epicurus , cum demonſtrarit celerrime ferri ſimulacra ; ad oſtendendum , quomodo continenter eadem e corporibus fluant , gradum facit .

V. 7. ισοταχεις) Adſumit heic procul dubio , quod ante docuerat , atomos nempe aeque celeres eſſe ; adeo ut eodem tempore ſimul ferri per vacuum poſſint , etſi diverſa gravitate ſint praeditae . Id , quandoquidem praecedentia perierunt , diſcimus ex eodem Epicuro in *epiſt. ad Herodotum ſegm.* 61 : Και μην και ισοταχεις αναγκαιον τας ατομους ειναι ; οταν δια του κενου εισφερωνται , μηδενος αντικοπτοντος · ωτε γαρ τα βαρεα ταττον οισθησεται των μικρων ; και κουφων ; οταν γε δη μηδεν απαντα αυτοις , ωτε τα μικρα των μεγαλων , παντα πορον συμμετρον εχοντα ; οταν μηδεν μηδε εκεινοις αντικοπτη . *Verum enimvero aeque celeres atomos eſſe neceſſe eſt , cum per vacuum feruntur , nihilo reluctante . Neque enim gravia citius ferentur , quam parva , ac levia ; neque parva citius , quam magna : quippe omnia aeque aptum meatum habent , quando nihil ipſis refragatnr* . Hunc locum profecto indigitat Laërtius , qui in eadem epiſtola *ſegm.* 43 , ubi Epicurus ait : κινουνται συνεχως αι ατομοι , *continenter moventur atomi* ; ſic adnotat : φησι δε ενδοτερω , και ισοταχως αυτας κινεισθαι , του κενου την ιξιν ομοιαν παρεχομενου και τη κουφοτατη , και τη βαρυτατη · *ait autem inferius , aeque celeriter ipſas moveri , quippe vacuum aequalem meatum praebet tam leviſſimae , quam graviſſimae* . Quare Lucretius ſic cecinit *lib. II v.* 239 :

At contra nulli de nulla parte , neque ullo
Tempore inane poteſt vacuum ſubſiſtere reii ;
Quin , ſua quod natura petit , concedere pergat .
Omnia quapropter debent per inane quietum
Aeque ponderibus non aequis concita ferri .

V. 9. συνεισφερομενων) Sic ſuppleri mutilum verbum poſſe , non modo reſidua elementa NE ſuadent , ſed ſententia ipſa poſtulat : niſi mavis συνεπαιρομενων , *uno impulſu commigrantibus* , quod eodem recidit . Sed nobis prius adridet , quoniam in proxima ſuperiori adnotatione audivimus Epicurum ſcribentem : οταν ατομοι δια κενου εισφερωνται. Si quis vero pro λεγειν δει legere malit λεγειν δικαιον, ut alibi idem Epicurus φασκειν δικαιον, non intercedimus. Tum vero ſatis erit ſubdere εισφερομενων.

V. 10. τοπον φερεσθαι) Praecedens adiectivum εφ' ενα nonniſi τοπον poſtulare videtur. Verbum vero φερεσθαι hauſimus ex ipſomet Epicuro , qui in citata epiſtola ad Herodotum *ſegm.* 62 ſic ſcribit : αλλα μηδε κατα τας συγκρισεις ταττον ετερα ετερας οισθησεται των ατομων ισοταχων οσων , τω εφ' ενα τοπον φερεσθαι τας εν τοις αθροισμασιν ατομους , και κατα τον ελαχιστον συνεχη χρονον · *ſed nec per concretiones aliae aliis celerius ferentur ; quoniam ſemper aeque celeres atomi ſunt , cum in unum locum feruntur , quae in iiſdem ſunt concretionibus , & minimo continenti tempore* . Hinc Lucretius *lib. cit. v.* 156 :

At quae ſunt ſolida primordia ſimplicitate ,
Cum per inane meant vacuum , nec res remoratur
Ulla foris ; atque ipſa ſuis e partibus unum ,
Unum in quem coepere locum , connixa feruntur ;
Debent nimirum praecellere mobilitate ,
Et multo citius ferri , quam lumina Solis .

V. 12. περαν δη συνεχη τον ρον) Huiuſmodi ſupplementum nemo improbabit , qui prae oculis habeat , quae Epicurus ad Herodotum ſcribebat *ſegm.* 48 : ρευσις απο των σωματων του επιπολης συνεχης ουκ επιδηλος σημειωσει · *fluxus a corporum ſuperficie eſt indefinens , nec conſpicuus* . Idemque paulo ante απορροιας, *effluxiones* dixerat a corporibus manare : quare Lucretius *lib. IV v.* 228 :

Uſque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter
Fertur , & in cunctas dimittitur undique partes
Perpetuo . . . . . .

Et *v.* 144 :

Nunc ea quam facili , & celeri ratione genantur ,
Perpetuoque fluant ab rebus , lapſaque cedant .

Sic etiam Tullius de Epicuri ſyſtemate verba faciens in *De Natura Deorum lib. I:*

Fluen-

Fluentium frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur. Et Macrobius *VII*, 14 *Saturnal*: *Epicurus ab omnibus corporibus iugi fluore quaedam simulacra manare ait, nec unquam tantulam moram intervenire, quia ultro ferantur inani figura cohaerentes corporum exsuviae, quarum receptacula in nostris oculis sunt*. Apuleius quoque: *Profecto a nobis imagines, velut quasdam exsuvias iugi fluore manare*.

Huc autem respiciens Sextus Empiricus *Pyrrhon. Hypotypos. lib. III cap.* 5 ait: ει δε σωμα εστιν ὁ λογος, επει και περι των σωματων διαπεφωνηται, ποτερον καταλαμβανεται, η ου, δια την λεγομενην συνεχη ρυσιν αυτων· *si autem corpus est ratio, quoniam etiam de corporibus controversia est, comprehendantur, nec ne, propter continuum eorum fluxum, quem vocant*. Posset tamen eadem sententia hisce verbis contineri, quae residua elementa minime respuunt: λεγειν δικαιον εισφερομενας, εν τω εφ' ἑνα τοπον φερεσθαι, παρεχειν συνεχη τον ρουν. Elige, quod mavis.

V. 13. και μη το κενον αυταις εναντιωσθαι περαν vel πορρω φερομεναις) Cum Epicurus praeter allata superius loca in eadem epistola ad Herodotum apud *Laërt. lib. X segm.* 46 docuerit: και μην και ἡ δια του κενου φορα κατα μηδεμιαν απαντησιν των αντικοψαντων γινομενη παν μηκος περιληπτον εν απεριοητῳ χρονῳ συντελει· *Quin etiam motio atomorum per vacuum, in quo nihil occurrit, quod retundere valeat, quodcumque cogitabile spatium incomprehensibili tempore perficit*; hinc profecto non abnues, sic suppleri posse residua huius commatis elementa.



Giu. Casanova dis.

Bart. Oraty inc.

COLUMNA III.

θεσιν και ταξιν, αλ-
λα μονον ταυταις
προσχωρησασαι; ὧν
προτερον διαστημα ενει-
στηκει· και δινει εκ του
κατεναντιον αυ-
τομολειν, το σωμα α-
ναφυσει το σχημα· ει
και ουπω προκρουσα-
σας τω στερεμνιω λειω
ειδειν τας συνιζησεις
ουκ εστιν· ουν εκα
πολλα τα στερεμνια
τοτε προσφερουσι μονον

. . . . positionem, atque
ordinem, ſed ſolum his
adcedentes, inter quas pri-
mitivum interſtitium po-
ſitum fuerat: & veluti in
adverſum transfugientibus
ipſis, corpus gignet figu-
ram; etſi donec incurſent
in ſolidum laeve, ſecretio-
nes perſpicere non licet.
Cuius rei gratia multa ſoli-
da tunc ſolum exhibent....

COLUMNA IV.

μαρτυρειται φαι-
νομενοις. Καταφα-
νες ουν παλιν γι-
νεται, ὁτι τα ειδωλα
ταχυτητα τινα
ανυπερβλητον κε-
κτηται κατα την
φοραν. Και εν τοιου-
τῳδε τινι τροπῳ
εσται περι της ταχυ-
τητος των ειδωλων α-
ποδειξιν ποιησασθαι
αν. Επειδη γαρ ὁ ρους
ταχυς, ου μονον ὁτε την
κουφοτητα . . . . . .

. . . . teſtatum eſt phae-
nomenis. Manifeſtum igi-
tur rurſum eſt, quod ſimu-
lacra celeritatem quamdam
inſuperabilem adipiſcantur
in motione: atque hoc ali-
quatenus modo poterit de
celeritate ſimulacrorum de-
monſtratio fieri. Quoniam
enim fluxus eſt celer non
ſolum, quando levitatem
. . . . . .

SCHOLION IN COL. III.

Quid hinc deſit, & quomodo ſententia fulciri poſſit, videſis noſtrum Commentarium.

V. 1. θέσιν) Sic reſtituendam primam huius Columnae vocem, ſequens ταξιν manif ſte prodit. Novimus enim non ſemel copulatas eas voces ab eodem Epicuro. In citata *epiſt. ad Herodot. ſegm.* 46 ὅτε απορροιαι (αδινατουσιν γινεσθαι) την ἐξης θεσιν και ταξιν διαιηρουσαι, ἥνπερ και εν τοις πρεμνιοις εἰχον· *neque repugnat fieri effluxiones, quae externarum partium poſitionem, & ordinem eumdem ſervent, quem in ſolidis habebant.* Sic r et legit Gaſſendus in ſuis *Animadverſionibus* in *lib. X Laërtii pag* 129 ubi ſic habet: *Repono ταξιν pro eo, quod vulgo habetur βασιν; nam & brevi poſt licet iterum legere θεσιν και ταξιν. Et cum Epicurus ibi iam loquatur de ſimulacris, quae ex ſolidorum ſuperficiebus diripiuntur, conſtat velle ipſum nihil aliud, quàm huiuſmodi ſimulacra a corporibus avolantia ſervare eumdem poſitum, ordinemque partium, quem in ipſa ſui dereptione in ſuperficiebus corporum habebant.* Et quidem paullo infra *ſegm.* 48 Epicurus ſcribit: και γαρ ρευσις απο των σωματων τε επιπολης συνεχης ουκ επιδηλος σημειωσει, δια την αντιπαπληρωσιν σωζουσα την επι τε πρεμνιε θεσιν και ταξιν των ατομων επι πολυν χρονον· quae verba ſic lecta optime reddit Ignatius Roſſius in ſuis *Commentationibus Laërtianis pag.* 267: *Perpetuus eſt enim fluxus imaginum e corporum extremitate, minime conſpicuus, quod ob continentem earum ſubmiſſionem idem in illis, ac qui in ſolido eſt, atomorum poſitus, & ordo ad multum tempus ſervetur.* Hanc utique Epicuri doctrinam in mente habuit Lucretius, cum *lib. IV*, *v.* 65 ſcripſit:

Praeſertim cum ſint in ſummis corpora rebus
Multa minuta, iaci quae poſſint ordine eodem,
Quo fuerint, veterem & formae ſervare figuram.

V. 4. προτερον διαστημα ενειστηκει) Ut adſequaris, quid ſibi voluerit hiſce verbis Epicurus, meminiſſe oportet, eum opinatum fuiſſe, atomos, ex quarum adgregatione corpora exſurgant, inter ſe ſic copulari, ut quaſi tenuiſſimam membranam efforment; ex innumeris autem eiuſmodi membranarum στιχοις, quorum alter alteri ſit impoſitum, ſolidum coagmentari: quamplurima autem vacua interſtitia in hiſce atomorum texturis ineſſe, atque adeo quamque atomum ſic poſitam eſſe, ut non modo atomis & interſtitiis hinc inde in eadem membrana poſitis, ſed etiam aliis in praecedenti, & in ſequenti membrana reſpondentibus circumſaepiatur: hinc autem fieri, ut perpetuo fluxu hiſce membranis a corpore avolantibus, quaeque atomus ſuam poſituram & ordinem ſervet, tum quod ad alias e latere poſitas, tum quod ad antecedentes, & conſequentes, & ſemper illi adcedat, cui ab initio ſucceſſit, etſi una membrana ab altera primitivo quodam interſtitio ſecernatur. Diſtinguebat praeterea alterius generis atomorum e corporibus effluxiones, earum nempe, quae ex interioribus corporum partibus aliqua vi, atque impulſu adactae erumperent, quaeque propterea nullum certum ordinem, & poſituram ſervarent. Huius autem alterius generis eſſe aiebat odorem, fumum, vaporem: contra prioris generis eſſe idola, quorum ope viſio perficeretur, ſcilicet τυπους ὁμοιοσχημονας, h. e., *figuras corpori omnino ſimiles*, quae a membranis integram corporis ſuperficiem ſervantibus, & ſponte fluentibus enaſcerentur. Hanc doctrinam ſic ſuis carminibus expreſſit Lucretius *lib. IV* *v.* 88:

Praeterea omnis odor, fumus, vapor, atque aliae res
Conſimiles ideo diffuſae rebus abundant,
Ex alto quia dum veniunt intrinſecus ortae,
Scinduntur per iter flexum; nec recta viarum
Oſtia ſunt, qua contendunt exire coortae.
At contra tenuis ſummi membrana coloris
Cum iacitur, nihil eſt, quod eam diſcerpere poſſit;
In promtu quoniam eſt in prima fronte locata.

Hinc profecto vides, cur dicat atomos in idolis nativum corporis ordinem, & ſitum non immutare, *ſed ſolum illis adcedere, inter quas primitus interſtitium poſitum fuerit.* Igitur διαστημα heic aliud eſſe nequit, quam interſtitium, quo una membrana ab altera ſecernitur.

V. 6. κατεναντιον αυτομολειν) Vocem κατεναντιον tum reſidua elementa, tum ipſa ſententia indigitant: ſed negotium faceſſit mutilum illud αυ . . . ειν. Principio quidem legendum duximus αυτας ελθειν, ſed mox redundantem vidimus particulam οἱονει. Ex mente enim

enim Epicuri leviſſimae atomorum membranae re ipſa ex adverſo intuentium adveniunt: importunum ergo eſſet illud *quaſi*. Propterea nihil melius ſuccurrit, quam verbum αυτομολειν, quod opportuniſſime nobis videtur Epicurus huc transtuliſſe, ut exprimeret illum ſpontaneum atomorum fluxum, quo *quaſi* e corporibus transfugiunt, & in oculos intuentium incurrunt.

V. 10. τῳ στερεμνιῳ) Solemne Epicuri vocabulum, quo reſiſtentia corpora deſignabat, ut diſtingueret ab iis, quae corpora quidem eſſe aiebat, ſed minime reſiſtentia, ut idola, & Deorum corpora. Quare Tullius de Natura Deorum *lib. I cap.* 18 ſic Velleium loquentem inducit: *Deorum naturam . . . . nec ſoliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quae ille* (Epicurus) *propter firmitatem* στερεμνια *adpellat*. Idem paſſim infra invenies.

V. 10. λειῳ) Hariolando quidem hoc επιθετον ad lacunam implendam induximus: hariolationis tamen rationem adcipe. Novimus Epicurum docuiſſe avolantes corporum membranas, ſive idola ſingillatim minime conſpicua eſſe. Relege ſis eius verba quae ad *v.* 1 huius Columnae recitavimus ex recenſione Ignatii Roſſii, ubi idem ſic opportune commentatur: *Haec fuiſſe Epicuri mens mihi videtur: Nos ſcilicet formas e corporibus perpetuo fluentes minime cernere, quia cum idem in iis, atque in corporibus, unde exſiſtunt, ordo ſit, ac ſitus elementorum, ſingulaeque illarum partibus iſtorum ſingulis directe reſpondeant, non ipſas imagines quidem, ſed ſolidum corpus, in quod oculos dirigimus, ductu imaginum conſpicimus. Manet vero diutius in his eadem corpuſculorum poſitio, ac partium ſtructura* δια την αντανα-πληρωσιν: *quod nempe unam effigiem altera continuo ſequitur, eiuſque vices ac locum veluti ſupplet; itaque eam fulcit, ac ſubſtinet, uti ipſa viciſſim a tertia, haec autem a quarta, ceterae item a conſequentibus deinceps excipiuntur, ac ſubſtentantur; ſeries vero tota ſolido ipſo, ex quo procedit, innititur*. Hinc Lucretius canebat *lib. IV*, *v.* 257:

Illud in his rebus minime mirabile habendum eſt,
Cur ea, quae feriunt oculos ſimulacra, videri
Singula cum nequeant, res ipſae perſpiciantur.

Attamen aliquando videri poſſe idem Poëta Epicuri interpres docet; cum ſcilicet in corpora denſa, & laevigata, ut ſpeculorum aequor, offendunt. Sic *ibidem v.* 103:

Sunt igitur tenues formarum, conſimileſque
Effigies, ſingillatim quas cernere nemo
Cum poſſit, tamen aſſiduo crebroque repulſu
Deiectae reddunt ſpeculorum ex aequore viſum.

Atque huius rationem phaenomeni ſic reddit *ibid. v.* 146:

Semper enim ſummum quidquid de rebus abundat,
Quod iaculentur; & hoc alias cum pervenit in res
Tranſit; ut in primis veſtem: ſed in aſpera ſaxa,
Aut in materiem, ut ligni, pervenit, ibi iam
Scinditur, ut nullum ſimulacrum reddere poſſit.
At cum, ſplendida quae conſtant, oppoſita fuerunt,
Denſaque, ut in primis ſpeculum eſt; nihil accidit horum,
Nam neque, uti veſtem, poſſit tranſire; neque ante
Scindi, quam meminit laevor praeſtare ſalutem.
Quapropter fit, ut hinc nobis ſimulacra genantur:
Et quamvis ſubito, quovis in tempore, quamque
Rem contra ſpeculum ponas, adparet imago.

Cum igitur heic doceat Epicurus, videri non poſſe ſecretiones, ſive avolantia ſimulacra, donec incurſent ſolido; profecto niſi ſuppleas επιθετον, quod ſolidi qualitatem definiat, cui datum eſt ſimulacra reddere, invenies eum tum phaenomenis, tum diſcipulo mirifice repugnantem. Cum enim omnia ſimulacra avolantia ſolidis offendant, cuncta ſingillatim forent conſpicua; quod ipſe merito denegat. Nullum igitur opportunius επιθετον ad modicam lacunam implendam ſuccurrit, quam λειῳ. Hinc habes etiam noſtri ſupplementi in duabus poſtremis columnae lineis rationem, & nexum cum ſequentibus, prout in Commentario leges.

V. 11. τας συνιζησεις) Cum praecedens participium προσκρουσασας, ſubſtantivum nomen requirat, quicum cohaereat, reſtituendas mutilas voces τ . . συνι . . ., duximus τας συνιζησεις. Idem enim verbum minus decurtatum recurrit *Col. V v.* 12 . . υνιζη . . . Quid autem heic ſit συνιζησις, & cur reddendum duxerimus *ſecretionem*, operae pretium eſt expendere. Vox quidem

quidem obvia eſt apud Grammaticos, qui, ſicubi binae vocales coaleſcunt, συνιζησιν adpellant. Proprie autem eſt *ſedimentum*, vel *conſidentia terrae*, ut Lexicographi adnotant, idem, quod a Tullio dicitur *labes*; cum ſcilicet terrae pars aliqua ſubſidit, & alteri adhaeret. Atque hoc quidem ſenſu a Dione adcipitur verbum συνιζειν *lib. LXVI*, 21, cum de Veſuvii conflagratione ſub Tito verba facit: εκ δε τουτου, εκεινων μεν ακαυστων αει οντων, των δε εν τω μεσω καυρουμενων, και τεφρουμενων, αι περιξ κορυφαι το αρχαιον υψος ες δευρο εχουσι· το δε εμπυρον πασαν, δαπανηθεν εν τω χρονω, κοιλον εκ του συνιζειν γεγονεν· *Proinde, cum illae* (exteriores partes) *nunquam exurantur, quae vero ſunt in medio inflammentur, & in cinerem redigantur; vertices circumpoſiti veterem altitudinem uſque adhuc ſervant, pars autem inflammata temporis progreſſu conſumta, concava facta eſt ſubſidendo*. Hinc vides συνιζησιν habere eam vim, ut dicatur de corporis parte, quae decidendo abſcedit, & cum alio corpore, ad quod decurrit, coaleſcit. Recte igitur το συνιζειν dici poteſt de atomorum texturis, ſive membranis, quae continenter a ſolidis corporibus defluunt, & quaſi labentes, vel cadentes recedunt, ad proxime antecedentes feruntur, & cum ipſis conſidunt. Quare Lucretius verbum *cadere* hoc ſenſu uſurpavit *lib. IV. verſ.* 63:

Nam cur illa cadant magis, ab rebuſque recedant,
Quam quae tenuia ſunt, hiſcendi eſt nulla poteſtas.

Et *v.* 145:

Perpetuoque fluant ab rebus, lapſaque cedant.

Et *v.* 87 *ſecreta* adpellat huiuſmodi membranas, quae a corporibus defluunt, & ſingillatim videri nequeunt:

Quae vulgo volitant ſubtili praedita filo,
Nec ſingillatim poſſunt ſecreta videri.

Habes autem in hiſce Lucretii verbis ipſam, quam heic Epicurus tradit doctrinam; ut verbum verbo adpendiſſe fategerit. Quare non abnues eius ſententiam nobiſcum reſtituere: ειδειν τας συνιζησεις ουκ εστιν· *conſpicere ſecretiones non licet*.

SCHOLION IN COL. IV.

V. 1. μαρτυρειται φαινομενοις.) Quid exploratum eſſe phaenomenis dicat, incertum ſane eſt, cum praecedentia deſint. Attamen dubitare minime poſſumus quin phaenomenon eiuſmodi ſit, unde, poſita ſimulacrorum doctrina, eorum celeritas incredibilis magis magiſque conſpicua fiat. Hoc autem aliud eſſe nequit, quam quod Lucretius Epicuri interpres, ad idem oſtendendum adſumit, lib. IV v. 157; phaenomenon nempe ſpeculorum imaginem ſtatim reddentium:

Rem contra ſpeculum ponas, adparet imago:
Perpetuo fluere ut noſcas e corpore ſummo
Texturas rerum tenueis, tenueiſque figuras.
Ergo multa brevi ſpatio ſimulacra genuntur,
Ut merito celer his rebus dicatur origo.

Quod argumentum quam belle deſcendat ex iis, quae Epicurus diſputat in praecedenti columna de ſimulacris minime conſpicuis, niſi offendant ſolido laevi & ſplendido, quiſque per ſe videt. Et quoniam idem argumentum maiorem vim deſumit ex multiplicatione imaginum in pluribus ſpeculis eodem tempore; hinc in noſtro Commentario de ea etiam diſſerentem Epicurum fecimus; quandoquidem de eadem ſic Lucretius cecinit lib. cit. v. 303:

Fit quoque, de ſpeculo in ſpeculum ut tradatur imago;
Quinque etiam, ſexve ut fieri ſimulacra ſuerint.
Nam quaecumque retro parte interiore latebunt,
Inde tamen, quamvis torte, penituſque remota,
Omnia per flexos aditus educta licebit
Pluribus haec ſpeculis videantur in aedibus eſſe:
Uſque adeo e ſpeculo in ſpeculum tralucet imago.

In phaenomenis autem totam demonſtrationis vim poſuiſſe Epicurum, utpote, qui *omne iudicium*, ut ait Tullius *in Lucullo*, *in ſenſibus conſtituit*, exploratiſſimum eſt. Quare Sextus Empiric. *adverſ. Mathemat. lib. VIII* ſcribebat: Ειγε Δημοκριτος μεν πασαν αισθητων υπαξιν κεκινηκεν· Επικουρος δε παν αισθητον ελεξε βεβαιον ειναι· *ſiquidem Democritus omnem ſen-*

ſenſilium amovit exiſtentiam: Epicurus autem, quidquid eſt ſenſibile, firmum eſſe dixit, ac validum. Et *lib. VII*: των Φυσικων οἱ μεν παντα ανηρηκασι τα Φαινομενα, ὡς οἱ περι Δημοκριτον, οἱ δε παντα εθεσαν, ὡς οἱ περι τον Επικουρον, και Πρωταγοραν, οἱ δε τινα μεν ανειλον, τινα δε εθεσαν, ὡς οἱ απο της Στοας, και του Περιπατου· *ex phyſicis, alii quidem phaenomena ſuſtulerunt, ut Democritus; alii autem omnia admiſerunt, ut Epicurus, & Protagoras; alii nonnulla quidem ſuſtulerunt, nonnulla admiſerunt, ut Stoici, & Peripatetici.* Hinc Lucretius *lib. IV. v.* 480. ſic cecinit:

Invenies primis ab ſenſibus eſſe creatam
Notitiam veri, neque ſenſus poſſe refelli.

Quapropter ſic de ipſa idolorum celeritate diſſerens ſcribebat ad *Herodot.* apud Laërt. *lib. X. ſegm.* 47: ὁτι τα ειδωλα ταις λεπτοτησιν ανυπερβλητοις κεχρηται, ᾧ μηθεν αντιμαρτυρει των Φαινομενων, ὁθεν και ταχη ανυπερβλητα εχει· *quia idola inſuperabili tenuitate praedita ſunt, cui rei nihil adparentium repugnat, idcirco & inſuperabilem celeritatem habent.*

V. 2. Καταφανες ουν παλιν.) Haec utique concluſio prodit praeceſſiſſe alterum argumentum, diverſum a primo, quod petierat a membranarum eximia levitate, ut ſupra diſſeruimus:

V. 8. Και.) Spatiolum illud, quod in αυτογραφῳ hanc particulam praecedit, finalis puncti vices ſupplet, ut alibi monuimus, & in ſequentibus cernere licet.

Ibid. τοιουτῳδε τινι τροπῳ.) Illud τινι in hac phraſi παρελκει· quare reddidimus: *tali modo.* Sic apud Diodor. Sicul. *Bibl. Hiſt. lib. XVI. cap.* 94: εν αυτοις τοις ὑποκειμενοις αγωσι την επιβουλην συνεστησατο τοιῳδε τινι τροπῳ· *in ipſis, de quibus agimus, ludis inſidias ſtruxit* (Pauſanias) *hoc quidem pacto.*

V. 12. αποδειξιν.) Quid proprie ſit αποδειξις, diſcere licet ex Tullio, qui belle docuit in ſuo *Lucullo* c. 8: *Argumenti concluſio, quae eſt graece* αποδειξις *ita definitur: Ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.* Ex enucleatis igitur heic ſuam αποδειξιν inſtruit Epicurus.

V. 13. αν.) De particula αν in fine periodi paſſim exempla habes apud Graecos Scriptores in adlato ſenſu. Sic apud Thucyd. *Hiſt. lib. V.* 87: ει δ' επι τουτῳ, λεγοιμεν αν· *ſin ad hoc* veniſtis, *loqui poſſumus.* Hinc male admodum translata in Latinum invenies haec in Cteſiae *Indicor. Fragmentis* verba, in Herodoti *Edit. Weſſeling. p.* 862: Εθνος ορνιθων Ινδικων βραχυτατων και τουτο ειη αν· εν δε τοις παγοις τοις ὑψηλοις νεοττευει, και ταις πετραις ταις καλουμεναις Λιτταις· *parvularum quarumdam Indicarum avium natio in excelſis, & inacceſſis rupibus nidificat.* Reddenda autem ſunt: *hoc etiam genus inter breviſſimas aves Indicas referri poſſet: in collibus autem excelſis nidificat, & rupibus, quae Littae adpellantur.*

V. 14. ὁτε.) Cur ὁτε, & non ὁτι ſupplendum duximus, & quaenam ſubſit ſententia, vide Commentarium.

COL. V

COL. VI

Giu. Casanova dis. Bart. Oraty inc.

COLUMNA V.

. . . . . ταχεως εκτεταθαι τογε ειδωλον· πλην αν κατα τον σοφιστικον τροπον τα στερεμνια μονον τ᾽ αχεως δυνασθαι φερεσθαι, τ᾽ οντα δε ειδωλα μενειν κατα γε τον εξω στιχον. Και φαμεν τοι το προσλαμβανομενον ευθυς: Ετοιμου κενου δια των συνιζησεων ταοιν, και ενοτητα, και λεπτοτητα, και μικρομερειαν ανετεροιωτα . . . .

. . . . . celeriter tunc evolare ſimulacrum: niſi fortaſſe ſophiſtarum more velis, ſolida ſolum celeriter poſſe ferri, quae autem ſunt merae imagines, immobiles manere in prima fronte. Atque adeo adfirmamus, quod recta conſequitur. Cum vacuum in promtu ſit, propter ſecretionum vehementiam, & unitatem, & tenuitatem, & partium parvitatem immutabilia . . . . .

COLUMNA VI.

. . . παντας ὁμοιους τυπους, ους θεωρουμεν, τας ταχυτητας ὑπαρχουσας σωμασι πασιν ευ επιβλεπομεν, ὁτι και τα ειδωλα των στερεμνιων εις μακρους τοπους περαιουντα επιβλεπειν εστι την αυτην μορφην . . . . . .

. . . per omnes ſimiles typos, quos videmus, celeritates corporibus ineſſe belle quidem perſpicimus; quoniam & ſolidorum ſimulacra in longinqua loca eamdem formam tranſmittentia perſpicere licet . . .

SCHO-

SCHOLION IN COL. V.

V. 1. ταχεως.) Sic primam vocem refingendam, non modo ſequens verbum εκπετασθαι, ſed etiam eadem vox infra *v.5* recurrens, ſatis indigitat. Integram autem ſententiam, quae hic mutila eſt, diſcere potes ex Lucretio, qui ſic eam reddidit *cit. lib. IV. v.* 205.

Quid? quae ſunt igitur iam prima fronte locata,
Cum iaciuntur, & emiſſum res nulla moratur,
Nonne vides citius debere, & longius ire?

Integrum nexum habes in Commentario.

V. 2. εκπετατθαι.) *Volitare* non ſecus ac *fluere* ſolemne eſt Epicuri vocabulum, cum de idolis verba facit. Hinc fidus illius interpres Lucretius ſaepe uſurpat; ut *cit. lib. IV. v.* 35.

Quae quasi membranae ſummo de corpore rerum
Dereptae volitant ultro citroque per auras.

V. 3. κατα τον σοφιστικον.) Sic reſtituto mutilo verbo στιχον, commoda extunditur ſententia. Enim vero antiquitus Sophiſtae nomen honeſtiſſimum habebatur, eoque tum philoſophi, tum poëtae ipſi, ut Homerus, & Heſiodus, ornabantur, imo & Solonem ea adpellatione dignatum ex veterum teſtimonio refert Laërtius *lib. I. ſegm.* 12. Vetus enim Sophiſtica, ut ſcribit Philoſtratus *in Proëm. ad Vit. Sophiſt.* nil aliud erat, quam *Rhetorica Philoſophans, quae de iiſdem rebus, de quibus Philoſophi, diſputaret:* την αρχαιαν σοφιστικην, ρητορικην ηγεισθαι χρη φιλοσοφουσαν· διαλεγεται μεν γαρ υπερ ων οι φιλοσοφουντες: *niſi quod ipſa philoſophica pertractans argumenta, maiori cum ubertate proſequi ſoleret:* η μεν δη και τα φιλοσοφουμενα υποτιθεμενη διηει αυτα αποταδην, και ες μηκος. Sed mox in duas partes ſe ſcidit ars una, de quo audire praeſtat *Quintilian. in Proëm. Inſtitut. Feruntque haec (ut Cicero apertiſſime colligit lib. III. de Oratore) quemadmodum iuncta natura, ſic officio copulata; ut iidem ſapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde ſe ſtudium, atque inertia factum eſt, ut artes eſſe plures viderentur. Nam ut primum lingua eſſe coepit in quaeſtu, inſtitutumque eloquentiae bonis male uti, curam morum, qui diſerti habebantur, reliquerunt. Ea vero deſtituta infirmioribus ingeniis velut praeda fuit.* Altera vero & deterior ars, cui *ſophiſticae* nomen adhaeſit, & perverſi ratiocinii accuſabatur, iam Epicuri aetate invaluerat. Plato *in Dialog.* cui titulus *Sophiſta*, atris coloribus huiuſmodi homines pinxit, & inter alia haec habet: τον δη της εναντιοποιολογικης ειρωνικου μερους της δοξαστικης μιμητικον, του φανταστικου γενους, απο της ειδωλοποιικης ου θειον, αλλ' ανθρωπικον της ποιησεως αφωρισμενον εν λογοις το θαυματοποιικον μοριον· ταυτης της γενεας τε, και αιματος, ος αν φη τον οντως σοφιστην ειναι, ταληθεστατα, ως εοικεν, ερει. Quae ſic reddi poſſunt: *Hominem ſane, qui adfectat artem ex induſtria contradicendi, quae cavillationis pars eſt, & phantaſtice opinandi; qui ex poëtica imaginum, non quidem Divinarum, ſed humanarum fictione in ſuis ſermonibus explicat praeſtigia: huius generationis, ac indolis ſi quis ſophiſtam eſſe adſeveret, nihil, puto, a vero aberrabit.* Novimus etiam ipſum Epicurum, ut refert Laërtius *lib X. ſegm.* 7. Nauſiphani καυχησιν την σοφιστικην, *iactationem ſophiſticam* obiectaſſe, & *lib.* KH. περι Φυσεως, quem evolutum ad manus habemus, & mox, Deo dante, in lucem dabimus, invenimus eum adverſus Sophiſtas diſputantem, qui ſibimet contradicunt, cum de ſingulis partibus adfirmant, quod de toto negant, ut videantur eamdem rem cognoſcere ſimul, & ignorare. Metrodorum etiam celebratiſſimum Epicuri diſcipulum novem libros *adverſus Sophiſtas* adornaſſe, teſtis eſt Laërtius *in Epicuro ſegm.* 24. Qui refert etiam a germanis Epicureis *Sophiſtarum* nomine ſignatos fuiſſe Orionem, & alios qui a magiſtri doctrina deſciverant: ους και γνησιοι Επικουρειοι σοφιστας αποκαλουσιν. *Segm.* 26. Heic igitur nonniſi in Sophiſtarum mentem venire poſſe ait, ut idolis denegent, quod ceteris corporibus concedunt, poſſe nempe celeriter ferri, cum nihil ipſis refragatur.

V. 6. τ' οντα δε ειδωλα.) Principio quidem mutilam utrinque voculam .ον. reſtituendam putavimus μονα, unde commoda etiam ſententia extundi poſſet, quaſi diceret Epicurus *ſolis idolis* denegari, quod ceteris omnibus corporibus conceditur. Sed poſtea ſatius duximus refingere τ' οντα. Novimus enim τα οντα ειδωλα dictas ab eo eſſe imagines, quae ſponte, & immediate fluerent a corporibus, ut diſtinguerentur ab iis, quae nobis aut per ſomnum, aut alio quovis mentis conceptu obverſantur, & quae a quibuſdam, ut falſae habebantur, ab Epicuro autem aeque verae. Id diſcimus ex Laërtio *lib. X. ſegm.* 51. ubi ſic ait: ητε γαρ ομοιοτης των φαντασματων οιονει εν εικονι λαμβανομενων, η καθ' υπνους γινο-

γινομενων, η κατ' αλλας τινας επιβολας της διανοιας, η των λοιπων κριτηριων, ουκ αν ποτε ὑπηρχε τοις ουσι τε, και αληθεσι προσαγορευομενοις, ει μη ην τινα και ταυτα προς ὁ βαλλομεν· quae ita Roſſius in ſuis *Commentationibus Laërtianis pag.* 285. interpretatur: *nam & viſorum, quae ex ſimulacris ſumuntur, aut dormientibus offeruntur, aut alia quadam ſive mentis notione, ſive reliquorum iudicandi inſtrumentorum obiiciuntur, ſimilitudo cum iis, quae* ονται, *ac vera nominantur, numquam foret, niſi illa etiam quo intendimus* (talibus pulſi viſis) *quaedam eſſent*. Atque ſic commentatur: *Videlicet niſi revera eſſet aliquid, quo haec viſa, quae dormientes e. g. adcipimus, pertinerent*. Et inferius: *Namque omnia viſa, etiam ea, quae falſa vocantur, e. g.* τα εν εικονι λαμβανομενα, η καθ' ὑπνους γινομενα *eſſe vera contendit Epicurus: quod ſimilitudine probat viſorum ejuſmodi cum iis, quae* τα ονται, και αληθη *perhibentur; eam ſiquidem numquam fore ait, niſi omnino, quo haec viſa ſpectent, quaedam ſint; ſicut ea, quae vera nominamus, ſane habent, quo referuntur*. Si legas igitur nobiſcum τα ονται, ſententia Epicuri erit, Sophiſtae dignum eſſe, quod conceditur ſolidis corporibus, abiudicare veris & ſubſiſtentibus eorum imaginibus, quae ab ipſo corpore emittuntur, & corpoream habent naturam.

V. 8. τον εξω στιχον.) Variis membranarum στιχοις corpora coagmentari ex Epicuri doctrina ſupra monuimus *Schol. in Col. III.* Hinc cum unaquaeque earum extimam corporis ſuperficiem occuparet, ſive *in prima fronte eſſet locata*, ut ait Lucretius loco ſuperius citato, facili negotio inde avolare poſſe idem Epicurus concludebat.

V. 11. ετοιμου κενου *& ſeqq.*) Ex eo, quia vacuum praeſto ſit ubique, & nullam reſiſtentiam abſcendentibus membranis opponat, ut ait *Col. II.*, & ex earum, qua abſcedunt, vehementia, & unitate, & ſubtilitate, & partium parvitate, concludit Epicurus ανετεροιωτα (ut ſupplevimus) *inalterabilia* eſſe τα ειδωλα; quippe qui iam docuerit ea κατα τον εξω στιχον, *in prima corporis fronte locari; & nihil eſſe quod ea diſcerpere poſſit*; ut ait Lucretius, loco ſuperius citato; qui *eod. lib. IV. v.* 65. eamdem doctrinam ſic inculcavit:

Praeſertim cum ſint in ſummis corpora rebus
Multa minuta, iaci quae poſſint ordine eodem,
Quo fuerint, veterem & formae ſervare figuram:
Et multo citius, quanto minus endopediri
Pauca queunt, & ſunt in prima fronte locata.

V. 14. μικρομερειαν.) Sic reſtituo mutilam vocem. Quandoquidem ex Epicuri doctrina, ſubtilia, & exigua *minus queunt impediri*.

SCHOLION IN COL. VI.

Haec columna ſiniſtrorſum exſecta eſt, ut vides: ſed obliquo ductu, ita ut in primis lineis pauciora, in ultimis plura deſint elementa; etſi delineator eam oblique in tabula collocare neglexit. Quod animadvertere opus eſt, ut ſupplementi ratio conſtet.

V. 1, 2. ὁμοιους τυπους.) Epicurus in epiſt. ad Herodot. apud Laërt. *lib. X. ſegm.* 46. ſic ſcribit: και μην και τυποι ὁμοιοσχημονες τοις στερεμνιοις εισι, λεπτοτησιν απεχοντες μακραν των Φαινομενων· *ſunt autem & typi figura ſimiles ſolidis corporibus, qui ſua ſubtilitate longe ſuperant, quidquid eſt rerum adparentium*: & inferius: τουτους δε τους τυπους ειδωλα προσαγορευομεν· *hos autem typos idola adpellamus*. Inde patet, cur heic legendum duximus ὁμοιους τυπους. *Typus* apud veteres dicebatur tabula vel lignea, vel marmorea, vel alius materiae, in qua impreſſae, vel inſculptae erant effigies: hinc τυπος λιθινος, ξυλινος, &c. quod non omnes viderunt interpretes. Sic Tullius ad Att. *lib. I. epiſt.* 8: *typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere*. (Vide Manutium in hunc locum.) Commode igitur Epicurus τυπους adpellabat ſubtiliſſimas a ſe excogitatas atomorum texturas, quatenus corporum, unde avolarent, formas impreſſas continerent; quatenus vero formas ipſas oculis ſpectandas obiicerent, ειδωλα nuncupabat. Sic in eadem *epiſt. ſegm.* 49. τυπους ὁμοχροους, και ὁμοιομορφους vocat effigies, quae oculis incurrunt. En eius verba, prout optime legit, ac reſtituit Roſſius in ſuis *Comment. Laërt. pag.* 272. *& ſeqq*: δει νομιζειν, επειδιοντος τινος απο των εξωθεν, τας μορφας ὁραν ἡμας και διανοεισθαι. Ου γαρ αν αποσφραγισαιτο τα εξω την ἑαυτων Φυσιν του τε χρωματος, και της μορφης δια του αερος του μεταξυ ἡμων τε, κἀκεινων, ουδε δια των ακτινων, η οἱωνδηποτε ρευματων αΦ' ἡμων προς εκεινα παραγινομενων ουτως, ὡς τυπων τινων επειδιοντων ἡμιν απο των πραγματων ὁμοχροοντε, και ὁμοιομορφων κατα το εναρμοττον μεγεθος εις την ὀψιν, η την διανοιαν ωκεως ταις Φο-

ραις χρωμενων· *Reputare oportet, nos formas intueri, ac percipere, cum aliquid ab externis ad nos ingrediatur. Neque enim externa naturam ſuam coloris, ac formae conſignaverint per aërem interceptum, neque per radios, vel per alia quaevis effluentia a nobis ad illa; quomodo id faciunt per typos quoſdam conſimilis coloris, ac formae, qui a rebus ad nos adveniunt, apta magnitudine in viſum, ſive in mentem celeriter incurrentes.*

V. 7. των στερεμνιων.) Haec utique verba ex αυτογραφω abraſa fuiſſe facile perſuademur. Poſita enim horum ſimulacrorum exiſtentia, non male de ipſorum celeritate arguebat Epicurus, cum duceret a gravibus corporibus puncto temporis ea in longinqua loca emitti.

V. 11, 12. αυτην μορφην.) Poſt articulum την has voces deſiderari pronum eſt. Hanc enim vocem μορφη ſaepius uſurpavit Epicurus, cum de corporum *typis*, ſive *idolis* loqueretur, ut videre eſt in ſuperius recitatis eiuſdem verbis, & *ſegm.* 50., ubi ait: μορφη εστιν αυτη του στερεμνιου, γινομενη κατα το ἐξης πυκνωμα· *ipſa eſt forma ſolidi corporis continenti imaginum ſpiſſitudine facta*, & alibi: atque adeo τυπους adpellavit ὁμοιομορφους. Hinc & in *Col. VIII. v.* 11., & in *Col. IX. v.* 7. eamdem vocem detritam reſtituimus.

co.



COL. VII

COL. VIII

Gui. Casanova dis. Bart. Oraty inc.

COLUMNA VII.

. . . . . στε
ρεμνιοις, και τας αυ-
τας διαστασεις εις
βαθος ειληφος· πλην
ουχι τω εκ σωματων
πολλων το βαθος πε-
ποιησθαι, αλλα τω
εξ αυτου ενδοθεν
κενου διαστασιν την
αυτην εχειν, λεγειν
τολμωσιν αλογως
πως, ὡς αν την κε-
νοτητα ραδιως δυ-
νασθαι τον ρουν, και

. . . . . solidis, & eaſdem dimenſiones in ſua extenſione capiens. Verumtamen, non quod dimenſio e pluribus corporibus oriatur, ſed quod extenſionem ipſam ab interiori vacuo adcipiat, abſurdo quodam modo dicere audent; quaſi vero vacuitas facile poſſit fluxum, & . . . . . .

CAP. II. Adverſariorum obiecta proferuntur.

COLUMNA VIII.

. . . . . Φυσε-
ων των στερεμνι-
ων· τουτο δ' αυται
αἱ αισθησεις επιμαρ-
τυρουσιν ἡμιν. Ει γε
γαρ αν μαλλον εν-
δοθεν τι πολυκενοις
ὁμοιον ην Φυσεσιν,
μη πολυκενῳ δυ-
ναιτο Φυσει τι εἰδω-
λων, περαιουν την εξ-
ω μορΦην διασωζειν
προς στερεμνιον την
αυτην ατομων ταξιν

. . . . ſubſtantiarum ſolidorum: hoc autem ipſi nobis ſenſus adteſtantur: Si enim potius aliquid intus fiſtuloſis ſimile foret ſubſtantiis, non poſſet fiſtuloſae ſubſtantiae ſimulacrum, tranſmittens exteriorem formam ſervare eumdem atomorum ordinem . . . . . .

SCHO-

SCHOLION IN COL. VII.

Quae in hac columna, & duabus ſequentibus uſque ad verſum 9. columnae nonae leguntur, non Epicuri doctrinam exhibent, ſed adverſariorum obiecta, quae Epicurus in medium profert, deinde diluit. Quod utique pronum eſt colligere ex citato verſu 9. *Col. IX.* cum ait: Οἷς δη φημι. Quinam vero ſint adverſarii, quibus occurrit, profecto ignoramus; quandoquidem capite minutum eſt huiuſmodi κομμα. Sed eoſdem remur eſſe, quos Sophiſtarum nomine ſuperius carpit *Col. V.*

V. 2. διαστασεις.) Interpretati ſumus eſtenſiones, non *diſtantias*, ut plerumque ſonat. Cum enim inferius idem verbum recurrat *v.* 8., inde manifeſto colligitur, quo ſenſu eam vocem adceperit Epicurus. Ait enim abſurde dici το βαθος *non fieri ex multis corporibus*, ſed διαστασιν *exſiſtere ex interiori vacuo*. Ubi ſicut το βαθος nil aliud eſt, niſi corporis dimenſio, quae ex adgregatione atomorum oritur, ſic ἡ διαστασις nil aliud eſſe poteſt, quam *extenſio*, quae a maioribus, vel minoribus vacuis interſtitiis enaſcitur. Hoc utique ſenſu vocem διαστασιν uſurpavit Ariſtoteles *Metaphiſic. X*: σωμα γαρ εστι το παντη εχον διαστασιν· απειρον δε το απεραντος διεστηκος· *corpus enim eſt, quod quaquaverſum habet extenſionem: infinitum vero id, quod infinite eſt extenſum*; quod iampridem obſervavit Budaeus.

V. 3. βαθος.) Haec vox, quae proprie *altitudinem* ſonat, pro tota ſolidi *dimenſione* uſurpari non dubitamus. Id nobis idem Epicurus perſuaſit, qui eamdem vocem *in epiſt. ad Herod. apud Laërt. ſegm.* 50. uſurpat, ubi de idolis differens, ſic ait: του ενος, και συνεχους την φαντασιαν αποδιδοντος, και την συμπαθειαν απο του ὑποκειμενου σωζοντος κατα τον εκειθεν συμμετρον επερεισμον εκ της κατα βαθος εν τῳ στερεμνιῳ των ατομων πλασεως . . . . . μορφη εστιν αυτη του στερεμνιου. Haec autem verba ſic doctiſſimus Roſſius vertit in ſuis *Comment. Laërt. pag.* 276: *Cum unum & continuum ſit, quod viſum imprimit, cognationemque eius, quod ei ſubiicitur, conſervet, pro fultura inde ſibi reſpondente ex atomorum ſoliditate altius efficta . . . . . ipſa eſt forma ſolidi corporis*. Optime quidem: ſed cur κατα βαθος reddiderit *altius* comparativo modo, ignoramus; & quid ſibi velit *fultura ex atomorum ſoliditate altius efficta*, obſcurum procul dubio eſt. Cum autem Epicuri ſententia illa ſit, quam ipſemet ſagaciſſimus Commentator agnoſcit, hoc eſt, idolum continenter a ſolido fluens convenientiam cum ſubiecto ſolido ſervare, quia inde reſpondentem habet fulturam, quae oritur ex atomorum coagmentatione; κατα βαθος procul dubio nil aliud eſt, niſi *ſecundum corporis dimenſionem*. Atomi enim non in altitudinem tantum, ſed & in latitudinem coagmentantur; nec altitudo ſolum, ſed tota corporis dimenſio, ad Epicuri mentem, fulcimen eſt reſpondentis idoli. Quare ſic reddendum ducimus: *Cum unum, & continuum ſit, quod viſionem reddit, atque convenientiam cum ſuo, unde oritur, ſubiecto ſervat ſecundum proportionalem fulturam, quae inde exſurgit ex coagmentatione atomorum, iuxta eius dimenſionem . . . ipſa eſt forma ſolidi*. Sic etiam paullo ſuperius *ſegm.* 48. ait: και συστασεις εν τῳ περιεχοντι οξειαι δια το μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι. Quibus verbis, ut ibidem Roſſius commentatur, concretiones atomorum indicat, quae puncto temporis in aëre fiunt, & diſſolvuntur, & ſecernit ab illis, quae perpetuo fluunt a corpore, & diu perſeverant, δια την αντανακλασιν, *ob continentem earum ſubmiſſionem*. Idcirco autem cito diſſolvi putat δια το μη δειν κατα βαθος το συμπληρωμα γινεσθαι, h. e. quia *non opus ſit, ut complementum fiat ſecundum veram corporum, quae repraeſentant, dimenſionem*, ſed apparentes tantummodo ſint, & evanidae in eorum figuram aliquatenus confictae. De qua Epicuri doctrina ſic Lucretius cecinit *lib. IV. v.* 130:

Sed ne forte putes ea demum ſola vagare,
Quaecumque ab rebus rerum ſimulacra recedunt.
Sunt etiam, quae ſponte ſua gignuntur, & ipſa
Conſtituuntur in hoc caelo, qui dicitur aër:
Quae multis formata modis ſublime feruntur,
Nec ſpeciem mutare ſuam liquentia ceſſant,
Et quoiuſque modi formarum vertere in ora.
Ut nubes facile interdum concreſcere in alto
Cernimus, & mundi ſpeciem violare ſerenam,
Aëra mulcentes motu: nam ſaepe gigantum
Ora volare videntur, & umbram ducere late:

Inter-

Interdum magni montes, avolſaque ſaxa
Montibus anteire, & ſolem ſuccedere praeter.

Huiuſmodi ſane imagines, quas recenſet poëta, idcirco non ſunt verae corporum imagines, quia ſponte ſua gignuntur, nec reſpondentem ſubiectorum corporum habent fulturam, unde complementum adcipiant κατα βαθος, *ſecundum eorum dimenſionem*. Nec mirum eſſe debet, ſi vox βαθος *profunditas* tam de altitudine, quam de latitudine, & longitudine adcipiatur. Aeque enim *profundum* dici poteſt, quod a fronte in receſſum, quam quod a ſummo deorſum excurrit. Sic apud Xenoph. βαθος της φαλαγγος eſt eius a fronte in receſſum extenſio, ut Budaeus obſervat.

Ibid. ειληφος.) Cum neutrius generis hoc participium ſit, nonniſi το ειδωλον reſpicere poteſt, de quo ſermo eſt.

V. 7. 8. εξ αυτου ενδοθεν κενου.) Detritas hoc loco voces ſic belle reſtitui poſſe cenſemus. Novimus enim Epicuri doctrinam fuiſſe, vacuis interſtitiis corpora ſcatere, unde maior, vel minor eorum denſitas, ac pondus, & extenſio oriretur. Hinc ait Lucret. *lib. I. verſ.* 365:

Ergo quod magnum eſt aeque, leviuſque videtur,
Nimirum plus eſſe ſibi declarat inanis.

Quare cum ſubdat: λεγειν τολμωσιν αλογως, hoc nonniſi ad eius doctrinae obtrectatores referri poteſt, ut ſupra adnotavimus.

V. 11. *& ſeqq:* ὡς αν την κενοτητα ραδιως δυνασθαι τον ρουν.) Hariolando quidem haec verba ſupplevimus; ſed tum ex reſiduorum elementorum veſtigiis, tum ex ipſa textus ſententia ducti. Hoc enim pacto ſatis ſententia excurrit, ut in noſtro Commentario. Ceterum in ea verba iurare, optime lector, minime cogeris.

SCHOLION IN COL. VIII.

V. 1. φυσεων.) Trunca ſyllaba ων, reſidua procul dubio eſt vocis φυσεων adpictae in extremitate praecedentis columnae, quae diſperiit. Id ſuadet ſequens contextus, ubi eadem vox iterum, & ſaepius occurrit; & preſſius *Col. IX. v.* 7. 8. legitur: διa των στερεμνιων φυσεων.

V. 2. αυται αι αισθησεις επιμαρτυρουσιν.) Epicureorum quidem hoc argumentum eſt, qui ſenſibus omne iudicium tribuebant. Sic enim Epicurus ipſe apud Laërt. *epiſt. ad Herod. ſegm.* 39. statuit: και τα μεν σωματα ὡς εστιν, και αυτη ἡ αισθησις επι παντων μαρτυρει, καθ' ἡν αναγκαιον το αδηλον τω λογισμω τεκμαιρεσθαι. *Quod corpora ſubſiſtant, ipſi praecipue ſenſus adteſtantur, ſecundum quos neceſſe eſt ratiocinando, quae obſcura ſunt, coniectare.* Quapropter idem Laërtius *lib. X. ſegm.* 31. ſcribebat: εν τω κανονι λεγει ὁ Επικουρος, κριτηρια της αληθειας ειναι τας αισθησεις· *ait Epicurus in Canone, criteria veritatis eſſe ſenſus.* Vide, quae ſupra *Col. IV. v.* 1. adnotavimus. Nil tamen mirum, ſi heic ab adverſariis in Epicurum ea doctrina retorquetur; quippe in ipſum *ad hominem*, ut aiunt, argumentantur. Quid autem ſit επιμαρτυρησις, docet Sext. Empiric. *adv. Mathem. lib. VII*: εστι δε επιμαρτυρησις μεν καταληψις δι' εναργειας του το δοξαζομενον τοιουτον ειναι, ὁποιον ποτε εδοξαζετο· οἱον Πλατωνος μακροθεν προσιοντος, εικαζω μεν, και δοξαζω παρα το διαστημα, ὁτι Πλατων εστι· προσπελασαντος δε αυτου προσεμαρτυρηθη, ὁτι Πλατων εστι, συναιρεθεντος του διαστηματος, και επεμαρτυρηθη δι' αυτης της εναργειας· *adteſtatio autem eſt comprehenſio per evidentiam, id, quod opinamur, eſſe tale, quale opinati ſumus. Sic Platone de longinquo adveniente, coniicio quidem, & opinor pro diſtantia, quod ſit Plato: adcedente autem ipſo, teſtimonio confirmatur, quod ſit Plato, ſublato iam intervallo, & ſit adteſtatio ab ipſa evidentia.*

V. 9. 10. φυσει τι ειδωλων περαιουν.) Cum in ſuperiori commate dixerit πολυκενοις φυσεσι, pronum eſt, additum πολυκενω rurſus requirere φυσει. Cum vero mox legas in αυτογραφω.. λων.....αιουν; ſicuti hoc facili negotio ſuppletur περαιουν neutrius generis, ſic illud..λων, reſiduum vocis ειδωλων patrii caſus fulciri debet ab recto τι, quicum περαιουν copuletur. Ac, ne dubites, vide *Col. IX. v.* 11. ubi iterum invenies τι των ειδωλων.

V. 11. μορφην.) Hanc voculam in αυτογραφω deſiderari, quae a praepoſito articulo την fulciatur, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Vide, quae ſuperius adnotavimus in Schol. ad *Col. VI. v.* 11.

V. 13. αυτην ατομων ταξιν.) Verba ex ingenio quidem ſuppleta, ſed quae a praecedentibus, ni fallor, ſponte fluunt.



Giu. Casanova dis.

Bart. Oraty inc.

COLUMNA IX.

την λεπτομερειαν εχοντα, ἡπερ ἐνιαι εξωθεν μεν αλληλουχοι φυσεις, ενδοθεν δε πολυκενοι, δυναν ται τας μορφας, ὁια των ὀστρεμνιων φυσεων, λαμβανειν. Οἱς δη φημι· Βλεποντες τι των ειδωλων ταυτο τουτο εγχειρουσιν κατα δοξαζειν δια την ὁμωνυμιαν. Ὁτε γαρ λεπτοτητα . . . . . .

. . . partium tenuitatem habentia, non ſecus ac quaedam exterius compactae ſubſtantiae, interius vero fiſtuloſae, poſſunt formas, quales ſolidarum ſubſtantiarum, accipere. ¶ Quibus profecto aio: Iſti adſpicientes ſimulacrorum aliquod, de ipſo falſam opinionem ſuſcipere ſtatim adgrediuntur propter nominis communionem. Cum enim tenuitatem . . . . . .

CAP. III. Diluuntur obiecta.

COLUMNA X.

δια των εκεινων συγκρισεις· εαν μη τις τον τροπον της διαλυσεως, ὀν ἡμεις ειρηκαμεν, δεικνυη δυνατον αυτοις ὑπαρχειν οντα. Δει ουν, ὡσπερ ειρηκα, και τὴν εις τουτο το ειδος γεγονεναι οικονομιαν ἡμιν επιβλεπειν· εστι γαρ τι συντομον προς το γνωναι τα περιεχομενα

. . . per illorum concretiones, niſi quis diſſolutionis modum, de quo diximus, poſſibilem ipſis eſſe demonſtret. ¶ Oportet igitur, ut dixi, perſpiciamus, etiam in hoc genere non defuiſſe oeconomiam: eſt enim via compendiaria ad cognoſcendum, quae circumſtant . . . . . .

CAP. IV. Concluſio.

SCHO-

SCHOLION IN COL. IX.

V.1. λεπτομερειαν εχοντα.) Procul dubio haec verba reſpiciunt ειδωλα, quae tenuiſſimis inſtructa eſſe partibus iam ab initio docuit Epicurus. Hanc autem partium tenuitatem adſumebant adverſarii, ut abſurdum dicerent, poſſe ſimulacra huiuſmodi varias ſolidorum formas capere.

V.7. μορφας.) Hanc vocem ex αυτογραφω avolaſſe, ſatis ſuperque ex antecedentibus liquet.

V.9. οἷς δη φημι.) Vides ante voculam οἷς ſpatium interiectum, quod, ut alibi monuimus, noſtri finalis puncti vicem apud veteres ſupplebat. Heic autem, cum adverſariorum obiecta hactenus retuliſſet Epicurus, ad ea breviter diluenda gradum facit. In margine etiam σημειον aliquod adpictum fuiſſe, veriſimile eſt, quod cum ipſo margine periit.

Reſponſio autem tota, ni fallor, in eo verſatur, ut dicat non belle ab adverſariis eſſe intellecta, quae a ſe de idolorum natura, & proprietatibus dicerentur; ut propterea idola inſpicientes mente hallucinarentur nominum aequivocatione decepti. Cum enim λεπτοτητι *ſubtilitate* incredibili ea praedita eſſe audirent, ſubtilitatem iſtam ex unis vacuis interſtitiis ortam putabant, & proinde abſurdum dicebant poſſe eiuſmodi ſimulacra ſolidorum omnium formam exhibere. Hinc noſtrum ſupplementum in Commentario procedit. De λεπτοτητι autem heic ſermonem eſſe, indicium nobis fecit reſidua ſillaba..λε.., quae in ora detritae columnae exſtat. Quare de noſtro adſcripſimus: ὁτε γαρ λεπτοτητα...

Nota eſt autem Epicuri doctrina, de qua ſuperius ad *Col. VIII.*, ſenſus nobis vera ſemper exhibere, veriſſimumque ipſorum eſſe teſtimonium; animo autem nos falli, cum non ſatis ad phaenomena adtendimus, & ex praeconceptis opinionibus abripi ſinimus. Idcirco ſic canebat Lucret. *lib. IV. v.* 466:

. . . . . pars hominum maxima fallit
Propter opinatus animi, quos addimus ipſi,
Pro viſis ut ſint, quae non ſunt ſenſibus viſa.

Et paullo ſuperius *v.*385:

Hoc animi demum ratio diſcernere debet,
Nec poſſunt oculi naturam noſcere rerum;
Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.

Eapropter Epicurus idem ſapientiſſime Herodoto inculcabat in *epiſt. ſegm.* 37: πρωτον μεν ουν τα ὑποτεταγμενα τοις φθογγοις, ω Ηροδοτε, δει ειληφεναι, ὁπως αν τα δοξαζομενα, η ζητουμενα, η απορουμενα εχωμεν εις ὁ αναγοντες επικρινειν, και μη ακριτα παντα ημιν εις απειρον αποδεικνυωσιν, η κενους φθογγους εχωμεν· *Primum igitur, o Herodote, quid ſubiectum ſit vocibus, oportet capere, ut, ſive opinemur, ſive inquiramus, ſive dubitemus, habeamus, quo nos referentes iudicare poſſimus, neque nobis alii indefinite probent, quae minime iudicavimus, neque inanes nos voces capiemus.* Id ipſum ſuis adverſariis nunc oggerit, quos ὁμωνυμια deceptos ait.

SCHO-

V. 2. συγχρισεις.) Vides in αυτογραφῳ ſcriptum συνχρισεις cum N pro Γ, quod nonniſi librarii ſomnolentiae tribuendum eſt. Cave enim putes cum Stephano, Beza, aliisque, quos citat Jo: Simonius in ſua *Introd. Grammatico-Critica ſect.* 2. Grammaticos, qui iuberent γαμμα pro νυ ante litteras palatinas adpingendum ab amanuenſium ſcriptis fuiſſe deceptos, ubi ν minuſculum paullo longius protractum figuram γ ipſorum oculis obiecerit; propterea quia in aliquo Codice quadris litteris exarato inveniatur ſcriptum αγγελος, αγκυρα, ut heic apud noſtrum συνχρισεις. In hisce enim papyraceis voluminibus, quae quadris litteris exarata ſunt, γαμμα ante palatinas litteras perpetuo adponitur, etſi aliquando librarius ab hac orthographia aberret; ut videre eſt in hoc ipſo volumine, ubi *Col. IX. v.* 12. habes recte ſcriptum εγχειρουσιν. In volumine autem Philodemi de Muſica, quod in lucem dedimus, paſſim vides huiuſmodi orthographiam fuiſſe ſervatam. Sic *Col. XVII. v.* 31. τυγχανειν, *ibid. v.* 44. συγγενη. *Col. XXIV. v.* 7. συγγενως. *Col. XXVII. v.* 13. αγχινοιας. *Col. XXXIII. v.* 22. αναγκαιως. *Col. XXXVIII. v.* 32. εγκεχειρηκασι· ibidem vero dormitans, ut longo in opere, adpinxit *v.* 38. συνκατακοσμησιν· quod obſervatum per nos fuit. Eadem ſcribendi ratio & in aliis voluminibus, quae ad manus habemus, paſſim, & conſtanter obſervatur; adeo ut etiam aliquando in binis vocibus γαμμα pro νυ adſcribatur in praecedenti, cum altera incipit a γ, ut in vocibus μεν γαρ, ubi habetur ΜΕΓΓΑΡ. Id autem, ni fallimur, manifeſto eſt indicio illud γαμμα ſonum του νυ retinuiſſe, etſi aliquanto mollius efferretur; ut nos hodie voces *angelus*, *anchora* pronunciare ſolemus, in quibus efferendis lingua non ad palatum uſque adſurgit: alioquin non ſic facile littera N pro Γ a librariis permutaretur.

Ex Epicuri autem mente συγχρισις eſt corporum ſingulorum coagmentatio, quae fit ex primigeniis atomis corpuſculis, & varia eſſe poteſt; unde varia corporum oritur temperatio, & ſtructura. Sic ipſe ſuam prodidit doctrinam in *epiſt. ad Herodot. apud Laërt. lib. X. ſegm.* 40. & 41: των σωματων τα μεν εστι συγχρισεις, τα δε εξ ὡν αἱ συγχρισεις πεποιηνται· ταυτα δε εστιν ατομα, και αμεταβλητα, ειπερ μη μελλει παντα εις το μη ον φθαρησεσθαι, αλλ' ισχυοντα ὑπομενειν εν ταις διαλυσεσι των συγχρισεων, ωλιγη την Φυσιν οντα, και ουχ εχοντα ὁπη, η ὁπως διαλυθησεται· *corporum alia quidem ſunt concretiones, alia vero, ex quibus concretiones efformantur: haec autem ſunt inſectilia, & immutabilia; quandoquidem minime futurum eſt, ut univerſum in corruptionem abeat, ſed conſiſtat, & perſeveret in diſſolutionibus concretionum, cum plena quaedam ſit eorum natura, quippe quae non habent, qua ex parte, & quomodo diſſolvantur.* Id quod Lucretius his verſibus expoſuit *lib. I. v.* 484:

Corpora ſunt porro partim primordia rerum,
Partim concilio quae conſtant principiorum.
Sed quae ſunt rerum primordia, nulla poteſt vis
Stringere; nam ſolido vincunt ea corpore demum.

Ex hac autem Epicuri doctrina patet, quo reſpiciant, quae heic legis reſidua exſecti commatis verba: δια των εκεινων συγχρισεις. Videlicet ſecundum varias illorum principiorum concretiones, variam itidem eſſe corporum denſitatem. Vide, quae in ſequenti adnotatione ſubnectemus. Hinc noſtri ſupplementi ratio in Commentario procedit.

V. 4. διαλυσεως.) Diſſolutioni primordialia corpora obnoxia non eſſe, iuxta Epicuri doctrinam, modo vidimus, quae propterea *ατομα inſectilia* dicta ſunt. Etſi enim & ipſa minimis conſtare partibus concipiantur, nulla tamen vi divelli hae partes queunt, cum inane nihil in ſe admittant, ut cecinit Lucretius *lib. I. v.* 529:

Haec neque diſſolvi plagis extrinſecus icta
Poſſunt; nec porro penitus penetrata retexi;
Nec ratione queunt alia tentata labare:
Id quod iam ſupera tibi paullo oſtendimus ante.
Nam neque conlidi ſine inani poſſe videtur
Quidquam, nec frangi, nec findi in bina ſecando.

Et inferius *v.* 599:

Inde aliae, atque aliae ſimiles ex ordine partes
Agmine condenſo naturam corporis explent:
Quae quoniam per ſe nequeunt conſtare, neceſſe eſt
Haerere, ut nequeant ulla ratione revelli.

Sunt igitur solida primordia simplicitate:
Quae minimis stipata cohaerent partibus arcte,
Non ex ullorum conventu conciliata,
Sed magis aeterna pollentia simplicitate:
Unde neque avelli quidquam, neque diminui iam
Concedit natura reservans semina rebus.

Hanc autem corporum primordialium congeriem, quae ατομα, & αμεταβλητα putabat Epicurus, το παν *universum* nuncupabat. De quo sic *ad Herod. apud Laërt. lib.X.segm.*39: και μην και το παν αει τοιουτον ην, οιον νυν εστι, και αει τοιουτον εσται· ουθεν γαρ εστιν, εις ὁ μεταβαλλει. παρα γαρ το παν ουθεν εστιν, εις ὁ αν εισελθον αυτο την μεταβολην ποιησαιτο· *Quin etiam universum tale semper fuit, quale nunc est, & tale semper erit: nihil enim est, in quod mutetur. Nam praeter universum nihil est, quod in ipsum ingrediens mutationem facere possit.*

Posita hac Epicuri doctrina, cum heic dicat: *nisi quis dissolutionis modum, de quo diximus, possibilem ipsis demonstret;* manifestum est, verba facere de illorum corporum dissolutione, quam impossibilem esse antea docuerat, h. e. primordiorum, sive atomorum.

V. 4. ὁν ἡμεις ειρηκαμεν.) Laërtius post modo recitata Epicuri verba ad Herodotum subdit: τουτο και ἐν τῃ μεγαλῃ επιτομῃ (φησι) κατ' αρχην, και εν τῃ πρωτῃ περι φυσεως· *hoc etiam in magna epitome (dicit) in principio, & in primo libro de Natura.* En igitur, quo haec verba respiciunt, ad primum igitur huius operis librum, quo usque adhuc fraudati sumus.

V. 13. συντομον.) Etsi in αυτογραφῳ συντονον potius, quam συντομον adpareat; id procul dubio vel a papyri dilaceratione, & corrugatione procedit, ut dimidiatum M, figuram του N exhibeat, vel est librarii mendum: nil enim facilius, ut συντομος cum συντονος permutetur: uti observat Wesselingius *ad Diod. Sicul tom.* 1. *pag.* 106.

V. 15. τα περιεχομενα.) Etsi horum verborum vix primum, & ultimum elementum residuum sit in αυτογραφῳ; nullus tamen dubito, quin eruditi lectores huic lectioni suffragium ferant.



Giu. Casanova dis.

Bart. Oratij inc.

COLUMNA XI.

. . . . . συμβε-
βηκεν αποτελειο-
θαι, και ετι τας Φορας
ανυπερβλητους τοις
ταχεσιν κεκτησθαι.
Τα δ' ἁρμοττοντα εφε-
ξης τουτοις ἐηθη-
ναι εν ταις μετα
ταυτα διεξιμεν.

. . . evenit, ut efficiantur, & insuper motiones celeritate insuperabiles adipiscantur. Quae autem istis consequenter dicenda sunt, in sequentibus edisseremus.

SCHO-

SCHOLION IN COL. XI.

V. 1. αποτελειοθαι.) Ex hoc unico verbo ſatis argui poteſt, quid in huius libri initio diſputaverit; qua ſcilicet ex cauſa repeti debeat viſionis, & aliarum ſenſationum *effectio*. Principio igitur explicavit, quaenam, ſuo arbitratu, fuerit naturae οικονομια in idolorum generatione, & quibus ea praedita forent qualitatibus; tum vero quam celeriter in obiecta ferantur.

V. 5. τα δ' ἁρμοττοντα εφεξης.) Idolorum tractationem hoc libro non abſolviſſe, hiſce verbis demonſtrat. Et quidem cum de illorum generatione, tenuitate, & celeritate verba feciſſet; reliquum erat, ut diſſereret, quo pacto eadem animos percellerent, & varias ſenſationes in animantibus tum vigilantibus, tum dormientibus crearent, ut ipſemet exſequitur in *epiſtola ad Herodotum*: quaeque omnia enarrat eius interpres Lucretius *lib. IV.*

COMMENTARIVS

IN CAPVT I.

Simulacra in motione celerrima esse ex ipsorum tenuitate evincit.

QUandoquidem satis longe ab huius secundi libri initio Epicurum differentem deprehendimus, coniicere par est, quid ipse in praecedentibus docuerit. Omni procul dubio primum librum in statuendis rerum principiis, videlicet atomis, & inani, necnon in utriusque principii tum proprietatibus, tum adcidentibus enucleandis impendisse ex Lucretio, atque Laërtio satis constat. Huic alterum, in quem offendimus librum, subdit, ut naturae *oeconomiam* explicet, per quam opportunus, ut is autumat, videndi, & percipiendi, quae circumstant corpora, modus hominibus suppeditatur, idolorum scilicet, seu simulacrorum ope, ut ex eiusdem libri conclusione discimus: quae idola, ut ipse docet, e singulis corporibus continenter evolant, passim per aëra discurrunt, & sensationum omnium causa exsistunt. Horum autem idolorum creationem, & naturam in huius secundi libri, quo fraudati sumus, initio explicasse quis dubitet? Atomos perpetuo motu cieri Epicurus docebat, ut aliunde novimus, atque hinc fieri, ut e singulis corporibus, quasi quaedam abrasae superficies, sive tenues membranae perpetuo emitterentur, quae uniuscuiusque corporis effigiem, & figuram sensibus obtruderent. Huiusmodi autem membranas, sive idola supra quam cogitari possit, tenuissima esse ex incredibili atomorum parvitate, quibus texerentur, facile adstruebat. Hinc porro insuperabili celeritate idola ferri oportere hoc pacto docentem nacti sumus:

„ De simulacrorum autem, qua feruntur, celeritate nunc dicere adgrediemur. Prin- *Colum. I.*
„ cipio enim cum eorum subtilitas talis tantaque sit, ut humanos sub sensus cadere
„ non queat, satis superque evincitur insuperabili celeritate eadem praedita esse opor-
„ tere: „ *Etenim quae subtilia sunt, eadem & levia esse experimentis abunde constat. Sed*
„ *supra quam concipi possit subtilia esse simulacra ostendimus;* ergo dicendum est etiam in- *Colum. II.*
„ superabiliter esse levia. Si autem insuperabiliter levia, manifestum quoque fit insu-
„ perabiliter celeria esse, cum moventur. Et si ad summam aeque celeres natura sunt
„ omnes atomi, *ut docuimus*, fateamur quoque necesse est, eas, cum simul feruntur,
„ atque in aliquem locum convolant, fluxu continenti meare, nec vacuum ipsis ultra
„ commeantibus obsistere; *atque adeo idola, quae nihil aliud sunt, quam tenuissima mem-*
„ *brana, quippe simplici constant atomorum textura, quam maxima celeritate praedita esse pa-*
„ *tet. Atomi enim, cum summo de corpore continenter evolant, nequaquam mutant primaevam*
„ positionem atque ordinem; sed singulae his tantummodo adcedunt, inter quas primi- *Colum. III.*
„ tus interstitium positum fuerat. Cum autem ipsae ex adverso intuentium, ut ita di-
„ cam, transfugiunt, corpus gignit figuram: etsi huiusmodi secretiones nisi laevi solido
„ incursent, intueri nequaquam licet. Quapropter solida tum solum nobis reddunt *ido-*
„ *lum, cum densa, laevigata, & splendida sunt, ut in speculis usuvenit. Etenim si corpora*
„ *porosa sint, idolum pertransit; si aspera, in ea offendens, scinditur. Imo vero de speculo*
„ *in speculum repulsam imaginem eodem temporis puncto conspici posse* exploratum phaeno-
„ menis est. Iterum igitur, atque iterum manifesto adparet insuperabili celeritate prae- *Colum. IV.*
„ dita esse idola, cum moventur. Atque hoc ferme pacto demonstratio de idolorum ce-
„ leritate confici poterit.

IN CAPVT II.

Celeria itidem esse idola ex eo, quod nihil obsit; & proinde immutabilia.

CUm quae sibi effinxerat Epicurus simulacra, suapte natura maxime levia, atque adeo celerrima esse ex partium tenuitate evicerit; ostendere iam nunc satagit celerrimo eorum motui, cum a summo corpore aufugiunt, nihil obsistere, posita vacui disseminatione: atque hinc concludit nullam in eorum transitu, donec humanos sensus percellant, mutationem subire posse; & proinde nonnisi verissimam corporum, unde proficiscuntur, imaginem exhibere. Sic itaque pergit: „ Quoniam vero fluxus celer est,
„ non solum cum levitate, *& tenuitate praedita est materies, sed etiam quando nihil ob-*
„ *stat, quominus libere fluat; hinc cum membrana e summo corpore, velut extimus cortex eia-*
„ *culetur, & vacuum, quod eam excipiat, in promtu sit, nonne consequens omnino est, ut sine*

Colum. V. „ *obſtaculo* celeriter tunc evolet idolum? Niſi fortaſſe Sophiſtarum more adfirmare velis, „ ſolida tantum corpora celeri motu ferri poſſe, quae autem verae imagines ſunt, in „ prima corporis fronte poſitae, immobiles ſubſiſtere debere. Atque adeo, quod ſponte „ conſequitur, adfirmamus. Cum vacuum praeſto ſit ſemper, poſita ſecretionum vehe- „ menti eiaculatione, & unitate, & tenuitate, & partium exiguitate, immutabilia *pror-* „ *ſus ſunt ſimulacra, cum per aërem tranant. Etenim cum in variis a corpore diſtantiis ali-*
Colum. VI. „ *quem typum conſpicimus, eamdem ſemper formam ſervare profecto cernimus. Atque hinc* „ *verſa vice* per omnes ſimiles typos, quos videmus, belle quidem nobis licet cognoſcere, „ celeritate praedita eſſe quaecumque corpora; quoniam & ſolidorum ſimulacra, quae in „ longinqua abeunt loca, eamdem perpetuo formam tranſmittere cernimus.

IN CAPVT III.

Objecta profert; ac diluit.

CUm idolis ſuis celeritatem ſatis ſuperque adſtruxiſſe ſibi viſus ſit Epicurus, operae pretium ducit argumentis occurrere, quae ab aliorum Philoſophorum ſectatoribus obiicerentur. Quoſnam autem peculiariter heic ſugillet, ignoramus; quippe in lacunam incidimus. Id tantummodo ex eius reſponſione diſcimus, non unum, ſed plures eſſe, quibuſcum congladiatur. Et quidem novimus, idolorum fabellam nonniſi Democrito, & Epicuro adriſiſſe, reliquis philoſophis exſibilantibus. Teſtis eſt Auctor *Hiſtor. Philoſoph.* quae Galeno tribuitur, cum ait: Δημοκριτος, Επικουρος κατα ειδωλων εισκρισεις ωοντο το ὁρατικον συμβαινειν. Ετεροι κατα τινων ακτινων εισκρισιν μετα την προς το ὑποκειμενον ενστασιν παλιν ὑποστρεφουσων προς την ὀψιν· *Democritus, Epicurus per idolorum inſinuationes putabant viſionem evenire: alii per quorumdam radiorum inſinuationem, qui, poſtquam incubuerint in ſubiectum, iterum remeant ad viſum.* Sextus vero Empiricus ſic magis enucleate tres veterum de viſione ſententias protulit *Pyrrhon. Hypotypos. lib. III.* 51: εαντε κατα ενστασιν γενηται κωνου (ἡ ὁρασις)· εαν τε κατα ειδωλων αποκρισεις τε, και επικρισεις· εαν τε ακτινων, ἡ χρωματων αποχυσεις· *ſive fiat (viſio) per intentionem coni (radiorum oculi); ſive per imaginum ſeceſſiones, & immiſſiones; ſive per radiorum, vel colorum emiſſiones.* Ad quas nempe ſententias reſpexit ipſemet Epicurus in iis verbis ad *Herodot.* quae in Schol. ad Col. VI. recitavimus: ου γαρ αν αποσφαγισαιτο τα εξω την ἑαυτων φυσιν του τε χρωματος, και της μορφης δια του αερος του μεταξυ ἡμων τε, κακεινων, ουδε δια των ακτινων, ἡ οἱωνδηποτε ρευματων αφ' ἡμων προς εκεινα παραγινομενων· *neque enim externa naturam ſuam coloris, ac formae conſignaverint per aërem interceptum, neque per radios, vel per alia quaevis effluentia a nobis ad illa.* In praeſens vero in hunc ferme modum diſputare adgreditur.

„ *Novimus autem non deeſſe, qui hanc noſtram opinionem inrideant, atque argumentis op-*
„ *pugnent. Aiunt enim: Opinantur Epicuri ſectatores ab unoquoque corpore ſimulacrum perpetuo*
Colum. VII. „ *evolare, quod figuram ſolido omnino ſimilem ſervet*, & eaſdem dimenſiones in ſua exten- „ ſione capiat. Verumtamen non ex multorum corporum adgregatione extenſionem oriri, „ ſed ex interiori quodam vacuo dimenſionem ipſam exſiſtere, abſurdo quodam modo „ adfirmare audent, quaſi vero vacuitas facile poſſit fluxum, & *celeritatem concipere.* „ *Profecto, ſi ita ſe res haberet, aequalis in omnibus idolis tenuitas foret. Sed id abſurdum* „ *eſt. Namque non omnia corpora eamdem denſitatem habent, ſed alibi maior, alibi minor eſt* „ *denſitas* naturalis ſolidorum: quod ipſi nobis ſenſus adteſtantur. Si enim interior cor- „ porum ſtructura eſſet fiſtuloſae ſubſtantiae ſimilis; nequaquam ſimulacrum huius fiſtu-
Colum. VIII. „ loſae ſubſtantiae in tranſmittendo exteriorem formam eumdem atomorum ordinem „ ſervare poſſet, & poſitionem, *quae in ſolido. Quod ſi dicant, huiumodi ſimulacra exte-* „ *rius quidem compacta eſſe, intus vero vacua, ne hoc quidem ſubſiſtere valet. Quomodo enim* „ *fieri poteſt, ut ſimulacra* tenuiſſimis partibus inſtructa, eodem pacto, quo aliquae ſub-
Colum. IX. „ ſtantiae viſuntur, extra quidem compactae, intus vero multicavae, valeant formas ſe- „ cundum varias ſolidorum naturas capere?

„ His autem ut reſpondeam, dico. Cum iſti ſimulacrum aliquod intuentur, falſam „ de ipſo opinionem ſtatim concipiunt, propter nominum aequivocationem. *Cum enim* „ *tenuitate idola omnia praedita eſſe audiunt, illam nonniſi ex interiori vacuo oriri poſſe au-* „ *tumant; atque adeo opus eſſe, ut cuncta iiſdem vacuis interſtitiis abundent: quod utique*
Colum. X. „ *falſum eſt, & contra quam ſentimus. Tenuitas enim ex imperceptibili atomorum exiguitate* „ *oritur, quae ſemper eadem manet. Vacua autem interſtitia itidem varia ſervantur, prout in* „ *corporibus ſunt* ſecundum ipſorum concretiones: niſi quis diſſolutionis modum, de quo „ diximus, poſſibilem ipſis atomis eſſe demonſtret.

IN

IN CAPVT IV.

Libri concluſio.

DIlutis, ut ipſe ducit, adverſariorum obiectis, ad libri concluſionem confidenter pergit. Heic vero mirabilem naturae oeconomiam in perficienda hominum viſione inculcat, nec non incredibilem idolorum in percurrendis ſpatiis celeritatem, quam ſatis oſtendiſſe putat.

„ Nobis igitur, ut principio dixi, perſpicere ſatis licet etiam in hac ſpecie non „ defuiſſe naturae oeconomiam. Eſt enim haec brevis quaedam via, qua cognoſcere ho- „ mines queunt, quidquid circa ipſos eſt. *Quippe patet, quomodo huiuſmodi ſimulacra in-* „ *credibili tenuitate praedita e ſingulis corporibus perpetuo avolent, per quae non ſolum viſio,* „ *ſed etiam perceptio omnium obiectorum* eveniat, ut perficiatur; et inſuper quomodo ea- *Colum. XI.* „ dem ſimulacra motiones celeritate inſuperabiles adipiſcantur. Quae autem iſtis conſe- „ quenter dicenda ſunt, poſtea ediſſeremus.

Cum igitur, ut patet, in ſecundo hoc libro nonniſi de idolis pertractaverit Epicurus, dicendum eſt in mendo cubare numericam notam apud Laërtium *lib. X. ſegm.* 73., ubi *Enarrator* cum recitaſſet eam *epiſtolae ad Herod.* partem, ubi Epicurus de tempore diſſerit, tum de ſuo ſic adnotat: φησι δε και τουτο και εν τη Β' των περι φυσεως· *dicit & hoc in ſecundo de Natura*. In altero enim hoc libro locum id habere non potuit. Fortaſſe pro numerali ΙΒ', XII, quam paullo poſt ſignatam ibidem habes, inrepſit exſcriptorum incuria Β', II.



Giu. Casanova dis. Bart. Oraty inc.

ΕΠΙΚΟΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ

ΙΑ

EPICVRI

DE NATVRA

LIBER XI.

1.

ριλησφθεισηδιατην
ουπερι χ ντοσπυ
νοτητα παραιοτη
δωσταποδιδοναι
τιναπασι
δωρου

2.

τ πα ν και
δ α τουτ ταχο
ενπροομμ των
τιθεμενοιτας περι
φρηιασωστουδ ου
πραγματο λ
τικ
μ ς ει

3.

δουστα υτηιτιμ
οαθηνποιεισθαικαι
τησαφδυη αι
ηπροτερον ρον
ωστεουτοτ α
ειρια ακ ου οι
τουπαντοστοδη
τηνμενο
ειεθαι

4.

απαντανημμην
ρο σαπαντανα παυ
ουδεμηαπαν
λη ηαντοδε ος
απαντανωστεο
πι ντασομο ν
φυσει καιμηπα
υ
γο

5.

ρητικουεινα το ιω
μοιωμενο ω του
τυμπανου μη
ματ οιμεν οιον
ειτοιχουστου ελω
πεν ηδαν ρχον
τασπιγητ ης
δινη
τ ε

6.

θεν ταισμετα
βαλ ινομ ιο νειπ ιν
πα ιτοαν υ
κεφαλησαρτιωσειχε
υποπ νιεθα
νοι νκα ηνμ
τα βασιν ανο ω
ουτοκατ
ινε

FRAGMENTA

Giu. Casanova Dis. Bart. Oratij inc.

ANTELOQUIUM.

ABſoluto iam altero Epicuri libro, qui nobis primus ex reſiduis erat, ad undecimum, ſignatum nempe ΙΑ, & ab illo, deficientibus aliis, proximiorem, gradum facimus. Operae autem pretium eſt aliqua lectorem praemonere. Hoc volumen, etſi papyri materie, & charactere ceteris praeſtaret, atque adeo facilius evolvi poſſet; tamen cum poſt infamis anni 1799. vices in imperitas manus inciderit, diſcerptum potius, quam explicatum eſt. Hinc non modo bona eius pars ab initio diſperiit, quae optime legi potuiſſet, ſed & poſt tertiam ſuperſtitem columnam ingens lacuna facta eſt. Ex adglutinatis enim ſimul uno, ac alteris plurium σελιδων elementis monſtroſa conſarcinatio exſurrexit, unde nihil expiſcari quivimus. Idcirco vides in ſerie deeſſe quartam columnam: re tamen vera plures, vel certe duae intermediae deſiderantur. Ne quid autem incuria noſtra deperiret, e multis fragmentis aliquid contrahere ſtuduimus, & ſex, quae pleniora eſſent, in unam *Fragmentorum Tabulam* coniecimus. Ex his enim, tum quae inſuper in eodem libro Noſter pertractaverit, internoſcere licet; tum aliquid lucis iis, quae ſuperſunt, infunditur. Ea autem ſic legi poſſe arbitramur.

Fragm. 1. περιληφθειη δια την του περιεχοντος πυκνοτητα, η αραιοτητα: ὡστ' αποδιδοναι μην ουκ εστιν ἁπασι· *comprehendi poſſet per circumſtantium corporum denſitatem, vel tenuitatem: itaque reddere non eſt omnibus* . . . Vide Scholion in *Col. I, v.* 10, 11, ubi illud recitabimus.

Fragm. 2. και δια τουτο πανταχοθεν προ ομματων τιθεμενοι τας περιφερειας, ὡς του αλλου πραγματος. *& propterea, qui undecumque prae oculis ſibi ponunt circumferentias (aſtrorum), non ſecus ac alius rei* . . . Heic profecto ſermonem habere videtur de aſtrorum magnitudine. Scitum eſt enim Epicuro eam ſediſſe opinionem, iure a Phyſicis reliquis exſibilatam, aſtrorum ſcilicet magnitudinem tantam eſſe, quanta noſtris oculis adparet. Quare Tullius huiuſmodi delirium irridens inquit. *Academ. lib. IV. cap.* 26. *quantulus (ſol) nobis videtur; mihi quidem quaſi pedalis. Epicurus poſſe putat etiam minorem eſſe eum, quam videatur.* Sic autem Ipſe ad Pythocl. ſcribebat *ſegm.* 91. το δε μεγεθος ἡλιου τε, και των λοιπων αστρων, κατα μεν τοι προς ἡμας, τηλικουτον εστιν, ἡλικον ὁποιον φαινεται· *ſolis autem, ceterorumque aſtrorum magnitudo, quod ad nos, tanta eſt, quanta adparet.* Quo in loco adnotat enarrator Laërtius: Τουτο δε και εν τη ενδεκατη περι φυσεως· *hoc autem & in undecimo de Natura.* Quandoquidem igitur hoc ipſo in libro, quem prae manibus habemus, eam quaeſtionem, ut par erat, pertractavit; recitata verba non alio referri poſſe exiſtimamus; ut ſcilicet dicat, quod Lucretius ſic carmine expreſſit, *lib. V. v.* 577.

Quidquid id eſt, nihilo ſertur maiore figura;
Quam, noſtris oculis quam cernimus, eſſe videtur:
. . . . . .
Quandoquidem claram ſpeciem, certamque figurani
Praebet, ut eſt oris extremis cumque notata,
Quanta haec cumque fuat, tanta hinc videatur in alto.

Fragm. 3. quod ſane diu nos torſit, ſic fortaſſe legi poteſt: δους ταυτης τιμης ὁρατην ποιεισθαι, και τησδε δυης εσεσθαι, η προτερον, η ὑστερον· ὡστε ου τοτ' εχειν απειριαν ακολουθον του παντος· *concedens, ut huius decoris ſpectator fiat, & mox eius cladis teſtis futurus; ita ut tunc non habeat infinitatem conſentaneam Univerſo.* Quo autem haec verba reſpiciant, divinare nunc eſt. Docuit Epicurus

το παν, *universum*, aeternum esse: sic ad Herod. *segm.* 39. και μην. και το παν αει τοιουτον ην, οἷον νυν εστι, και αει τοιουτον εσται. *Praeterea universum tale semper fuit, quale nunc est, & tale semper erit*: ad haec infinitum esse. Sic ad eumdem Herod. *segm.* 41. αλλα μην και το παν απειρον εστι· *rursus universum infinitum est*. Cur autem το παν infinitum reputari debeat, ita ibidem arguit: το γαρ πεπερασμενον, ακρον εχει· το δε ακρον εχον, παρ' ἑτερου τινος θεωρειται· το δε παν ου παρ' ἑτερου τινος θεωρειται, ὡστε ουκ ακρον εχειν· το δε ουκ ακρον εχον, περας ουκ εχει· περας δε ουκ εχον, απειρον αν ειη, και ου πεπερασμενον· και μην και τῳ πληθει των σωματων απειρον εστι το παν, και τῳ μεγεθει του κενου. *Quod enim finitum est, extremum habet: quod vero extremum habet, id ex alio quopiam cernitur. Sed Universum ex alio quopiam non cernitur: itaque extremum non habet. Quod autem non habet extremum, neque finem habet: & quod finem non habet, infinitum esse debet, non finitum: porro & corporum multitudine infinitum est Universum, & vacui magnitudine*. Quod argumentum sic carmine reddidit Lucretius *lib.* I. *c.* 957.

Omne, quod est igitur nulla regione viarum
Finitum est; namque extremum debebat habere.
Extremum porro nullius posse videtur
Esse, nisi ultra sit, quod finiat, ut videatur,
Quo non longius haec sensus natura sequatur.

Praeterea mundos, quos numero infinitos adstruebat, finitos esse, & dissolutioni obnoxios adfirmavit. En quomodo ad eumd. Herod. *segm.* 73. τους κοσμους δει, και πασαν συγκρισιν πεπερασμενην, το ὁμοειδες ταις θεωρουμεναις πυκνως εχουσαν, νομιζειν γεγονεναι απο του απειρου παντων τουτων ἐκ συστροφων ιδιων αποκεκριμενων και μειζονων, και ελαττονων· και παλιν διαλυεσθαι παντα, τα μεν θατον, τα δε βραδυτερον. *Existimare oportet mundos, & omnem finitam concretionem, quae aliquid simile habeat cum iis, quas passim observamus, ortum ab infinita rerum universitate habuisse; cum haec omnia per proprias* (atomorum) *convolutiones secreta sint, & alia quidem maiora, alia minora: & rursus omnia dissolvi; alia quidem ocyus, alia serius.* Adnotat porro hoc in loco Laërtius: δηλον ουν, ὡς και Φθαρτους φησι τους κοσμους, μεταβαλλοντων των μερων· φησι δε και εν αλλοις. *Manifestum est igitur, quod mundos corruptibiles dicat, partibus mutationem passis: quod aliis etiam in locis ait.* Hoc igitur comma unum e pluribus locis esse remur, ubi eam doctrinam inculcavit. Quomodo autem huc devenerit, cum de meteoris disputaret, quis divinaverit? Tota certe sententia sic fortasse procedebat: *Mundus hic adspectabilis, sicut ceterae omnes concretiones, infinitus esse non potest, quando dat spectatori facultatem videndi praesentem suum decorem, & mox suae ruinae testem esse, sive prius, sive posterius: ita ut non possit tali in statu ad ipsum pertinere immensitas, quae uni convenit Universo.*

Haud scio autem, an eruditus Lector in voce δυης haesitarit, cum ea nusquam, nisi apud poëtas occurrat: quod ipsum diu nos ab huiusmodi lectione deterruit. Sed cum nihil aliud ab initialibus adparentibus ΔΥΗ extundi posset, cumque hoc unum ῥημα praecedenti τιμης belle respondere; huic lectioni tandem adquievimus. Ecquis autem omnes veteres scriptores prae manibus habeat, ut pro certo adfirmet eam vocem prosatoribus penitus ignotam fuisse? Profecto nec veteres Lexicographi hanc vocem inter poëticas amandarunt. Sed esto: sit omnino poëtica. Epicurum dictionis puritati, atque elegantiae non vehementer incubuisse novimus; quin imo suos discipulos inconditum quoddam scribendi genus docuisse videtur, ut animadvertit Tullius *Orat. in L. Pison. c.* 29; & alia inusitata, vel obsoleta verba saepe usurpasse ex hoc ipso libro satis evincitur, uti in scholiis observabimus. Potuit denique alicui noto carmini adludere, atque eius

verba

verba uſurpare; quandoquidem & praecedens vox τιμης poëticum quid olet. Lucretius profecto hac de re *lib.* 2. *v.* 1143. ſtylum attollens cecinit:

Sic igitur magni quoque circum moenia mundi
Expugnata dabunt labem, putreſque ruinas.

Fragm. 4. απαντᾳν, η μη ληρους απαντᾳν· απ' αυτου δε μη απαντᾳν ληρους, η αν τοδε χρεος απαντᾳν· ὡστε ὁσους ποιουντας ὁμοφωνον Φυσει λογον, και μη παρα Φυσιν· *occurrere vel non occurrere nugas: ex hoc ipſo autem, quod non occurrant nugae, fieri poſſet, ut utile quid occurreret. Itaque quicumque conſonam naturae rationem inveniunt, & non contra naturam . . .* Quae verba ſic lecta procul dubio notam Epicuri doctrinam reſpiciunt, quo ſcilicet pacto Is των μετεωρων phaenomena explicanda eſſe doceret. Putabat enim varias ſine erroris nota eiuſdem phaenomeni rationes reddi poſſe, dummodo ne quid impoſſibile, vel phaenomenis ipſis abſonum admitteretur. Sic ad Pythocl. *ſegm.* 93. ſcribebat: εαν τις αει επι των τοιουτων μερων εχομενος του δυνατου εις το συμφωνον τοις Φαινομενοις ἑκαστον τουτων δυνηται απαγειν, μη Φοβουμενος τας ανδραποδεις των Αστρολογων τεχνητειας· *cum quis ſemper in huiuſmodi* (*coſmologiae*) *partibus id, quod poſſibile eſt, ſequens, poſſit unumquodque horum ad congruentiam cum phaenomenis adducere, nihil veritus ſervilia Aſtrologorum machinamenta.* Et infra *ſegm.* 113. το δε μιαν αιτιαν τουτων αποδιδοναι πλεοναχην των Φαινομενων ἐγκαλουμενων, μανικον, και ου καθηκοντως πραττομενον ὑπο των την ματαιαν αστρολογιαν ἐζηλωκοτων, και εις το κενος αιτιας τινων αποδιδοντων· *harum porro rerum unam reddere cauſſam, cum ea, quae adparent, multiplicem arguant, ſtultum, & indecenter factum ab iis, qui inanem depereunt aſtrologiam, & inaniter aliquarum rerum cauſſas reddunt.* Quae in loca vide Gaſſendum, & Menagium. Cum igitur hoc in libro de Meteoris ageret, procul dubio eamdem doctrinam inculcavit; ut videre eſt in hiſce, quae ſuperſunt, paginis. Huius ergo abſciſſi commatis, ni fallor, ſententia eſt: *Qui phaenomenis diligenter adtendit, & uni ſyſtemati non mordicus adhaeret, vel huic veritas occurrit, vel certe non incidet in nugas; ex hoc ipſo autem, quod in nugas non incidat, fieri poteſt, ut verum ſibi occurrat. Itaque quicumque rationem naturae conſonam reddunt, & non contra naturam, veritati adcedunt.*

Fragm. 5. ειναι τον ὁμοιουμενων τῳ του τυμπανου εκτμηματι· και οἱ μεν δη οἱονει τοιχους τους κυκλῳ επενοησαν ὑπαρχοντας τῃ γῃ κατα της δινησεως· *eſſe* (*mundum*) *tympani ſegmento ſimilem; & illi quidem quaſi muros in gyro commenti ſunt circa tellurem eſſe poſitos adverſus coeleſtium corporum circumactionem.* Quonam haec verba referri debeant, videſis, quae in *Schol. ad Col. I. v.* 8. adnotavimus.

Fragm. 6. εν ταις μεταβασεσιν ὁμοιον ειπειν παλιν, ει το ανω αυτης κεφαλης ἀρτιως ειχε, τουτο ὑπο ποσιν αισθανοιμεν κατα την μεταβασιν, εαν . . . . *idem in tranſitionibus rurſus dicendum eſt, ſi quod modo fuit ſupra noſtrum caput, hoc idem ſub pedibus eſſe ſentiamus propter loci mutationem, cum . . . .* Hoc utique κομμα, quod propius eſt ab initio columnae primae, quam interpetrandam adgredimur, eidem viciſſim lumen praebet, & recipit. Vide *Schol. in Col. I. v.* 1.

Haec, erudite Lector, in anteceſſum didiciſſe iuverit, quo inſtructior ad reliqua adcedas. Totius autem libri argumentum, & integrum orationis filum, quoad coniicere licuit, in Commentario de more dabimus. Nunc ad eius lectionem, & interpretationem adcedamus; in quibus non minimum egregii iuvenis Angeli Antonii Scotti opera, ac diligentia nos iuvit.



Giov. Casanova dis.

Bart. Oraty inc.

COLUMNA I.

CAP. I. Cur, et quomodo Terra in medio Mundo sit posita.

. . . . . ὑπο
ποσιν αυτῳ φαινο-
μενου κατωτερῳ .
Τουτο ουν, ὁ ἡσει· ὁ νυν
αναβας ὑπο ποσιν, ελα-
βεν προτερον ὑπερ κε-
φαλης ων αντικρυ. Πα-
ρα το ουν φημι εν με-
σῳ ειναι την γην τοις
τοποις ὑφην, και προς
του κεντρου περιεχοντος
του παντος, και τοῦ εγκοιλα-
ναι ανῳ, και κατῳ αλλους
δε παρα γῃ φραγμους εις
τουτο συναπτομενους ει-
ναι· και τοι ὁυτῳ στρογ-
γυλον ποι τηρησασθαι
κοσμον, και την γην
εν μεσῳ, ὡστε παντα
κατα σχημα κωλων
κοινην παντοσε μορ-
φην τηρησαι.

. . . . . sub pedibus
ipsi adparentis inferius .
Illud igitur, quod sub pedes mittet, qui nunc adscendit, suscepit prius supra caput, cum in parte opposita consisteret. Propterea igitur dico, in medio locorum positam esse tellurem gibbosam, & ad centrum universi circumpositi, atque hoc incurvari superius, & inferius; aliaque circa terram sepimenta, in eamdem formam connexa esse; atque hoc pacto rotundum quodammodo servari mundum, & terram in medio; ita ut omnia ad instar membrorum communem omni ex parte formam servent.

SCHOLION IN COL. I.

Verſ. 1. ὑπο ποσιν) Tum abrupti huiuſce commatis reſiduum, tum etiam, quae ſequuntur, lumen adcipiunt ex praecedenti fragmento, quod exhibemus in *Fragmentorum tabula num. 6;* quodque ſic legendum eruditi non abnuent: Εν ταις μεταβασεσιν ὁμοιον ειπειν παλιν, ει το ανω αυτης κεφαλης ἀρτιως ειχε, τουτο ὑπο ποσιν αἰσθανοιμεν κατα την μεταβασιν, εαν... *idem in tranſitionibus rurſus dicendum eſt, ſi quod modo fuit ſupra noſtrum caput, hoc idem ſub pedibus eſſe ſentiamus propter loci mutationem, cum...*

Verſ. 6. 7. φημι εν μεσῳ ειναι την γην) Tellurem in orbis medio eſſe poſitam ex Epicuri placitis iam pridem cecinit Lucretius *lib. V. v.* 535:

Terraque ut in media mundi regione quieſcat,
Evaneſcere paullatim, & decrescere pondus
Convenit.....

Et v. 450.

Quippe etenim Terrai corpora quaeque,
Propterea quod erant gravia, & perplexa, coibant,
In medioque imas capiebant omnia ſedes.

Si quis autem noſſe amet, an aliae philoſophorum ſcholae idem ſenſerint, adeat Plutarchum *de Placit. Philoſoph. III* 11, Euſebium *Praeparat. Evangel. I* 57, & Philoſophicam Hiſtoriam Galeno adſcriptam *c.* 21. Argumenta vero, quibus ſuas de terrae ſitu opiniones veteres tuebantur, videſis apud Ptolemaeum Μεγαλ. Συνταξ. *lib. I, cap.* 5.

Verſ. 8. ὑφην) Reliquae autographi litterae, & modicum ſpatiolum hanc vocem procul dubio inclamant. Lexicographos ergo non moramur, qui eam inter poëticas recenſent. ὑφος autem teſte Suida, & Etymologico magno idem eſt ac κυρτος, *curvus*, *gibboſus*: qua voce utitur Ariſtoteles ad terrae figuram indicandam. Falſus igitur eſt Gaſſendus, qui rotunditatem Telluris ab Epicuro cognitam oblitus ſe adfirmaſſe in *Phyſic. Sect. III Membr. poſter. lib I cap.* 1; poſtea in ſuis *animadverſionibus* in X. Laërtii, *pag.* 347 ait: *non videtur* (Epicurus) *habuiſſe terram ſphaericam, ſed faciei planae*; & in eadem fuiſſe Epicurum opinione duxit, ac Leucippum, & Democritum, quorum ille tympani formam, hic diſci terrae attribuit; levi ſane argumento, quod vide, ſi lubet. Ex toto enim huiuſce columnae contextu contrarium manifeſto eruitur. Nec obſtare id putes, quod fragmento *n.* 5 interlucet, ubi legis: ὡμοιωμεν...ω...του τυμπανου. Ibi enim procul dubio non ſuam profert, ſed aliorum refert opinionem: nec de terra loquitur, ſed de mundo. Sic enim lego: Ειναι τον ὡμοιωμενον τῳ του τυμπανου εκτμηματι· και οι μεν δη οἱονει τειχους τους κυκλῳ επενοησαν ὑπαρχοντας τῃ γῃ κατα της δινησεως. h. e. *eſſe ſimilem* (mundum) *tympani ſegmento: et illi quidem quaſi muros in gyro commenti ſunt circa tellurem eſſe poſitos contra* coeleſtium corporum *circumactionem*. E quibus verbis ſic lectis ſatis ſuperque adparet alienam, non ſuam opinionem illic referre. Quod clarius etiam fiet, ſi truncum illud verbum ῥητικου ſanare, & fulcire libeat hoc pacto: ὡσπερ εκ του προῤῥητικου, ita ut inridens dicat fuiſſe, qui quaſi prophetico ſpiritu adflati, adſeverarent mundum tympani ſegmento ſimilem fore: quos inter procul dubio fuit Leucippus. Epicurus enim de more nihil certi in huiuſmodi rebus pronunciari poſſe cenſebat: quapropter in Epiſt. ad Pithocl. apud Laërt. *lib. X ſegm.* 88 ſcribebat: Ὁ κοσμος, εν ᾧ λῃγει, ουκ εστι καταλαβειν. *quomodo deſinat mundus, capere non licet;* atque adeo habere illum poſſe η στρογγυλην, η τριγωνον, η οἱαν δη ποτε περιγραφην. Videſis *Gaſſend. pag.* 394. Hinc tamen non ſequitur, quod ſuam de Terrae, & Mundi figura opinionem proferre nequiverit; quippe quam a phaenomenis erui poſſe putaret: quod heic exſequitur. Procul dubio hanc fuiſſe Epicuri opinionem teſtatur Tullius in II. *de Natur. Deor.* ubi Balbus Epicureis oggerit: *Nec enim hunc ipſum mundum pro certo rotundum eſſe dicitis: nam poſſe fieri, ut ſit alia figura, innumerabileſque mundos alios aliarum eſſe formarum.*

Verſ. 10. του κεντρου) Haec vox, licet dilaniata, ſatis perſpicua eſt, ni fallor. Quod ſi ita eſt, idem fere Epicurum ſenſiſſe, ac Ariſtotelem fateberis, qui in *de Mundo lib. I*, 3 ſic ſcripſit: Κοσμου το μεσον, ακινητον τε ον, και ἑδραιον ἡ Φερεσβιος ειληχε γη... Του δε συμπαντος ουρανου τε, και κοσμου σφαιροειδους οντος, και κινουμενου, καθαπερ ειπον, ενδελεχως, δυο ακινητα εξ αναγκης εστι σημεια.... δι ὡν ει νοησωμεν ἐυθεζευγμενην ευθειαν, ἡν τινες αξονα καλουσιν, διαμετρος εσται του κοσμου, μεσην μεν εχουσα την γην, τους δε δυο πολους περατα. *Mundi medium immotum, & ſtabile terra vitali foecunditate praedita ſortita eſt...*

Quum

Quum autem totus mundus, coelumque globoſum ſit, & continenter, ut dixi, circumagatur, neceſſe eſt duo eſſe puncta immobilia . . . per quae ſi lineam rectam duci concipiamus, quam nonnulli axem adpellant, erit haec mundi diameter, quae terram in medio, ambos autem polos pro terminis habebit. Idem habet Ptolemaeus *lib. I*, 3. Obſtare tamen alicui fortaſſe videbitur fidus Epicuri interpres Lucretius, qui *medium*, h. e. *centrum* nullum eſſe in univerſo contendit; ſic enim cecinit *lib. I*, *v.* 1069:

Nam medium nihil eſſe poteſt, ubi inane, locuſque
Infinita: neque omnino, ſi iam medium ſit,
Poſſit ibi quidquam hac potius conſiſtere cauſa,
Quam quavis alia longe regione manere.

Verum heic tantummodo negat Epicureus Poëta eſſe in univerſo punctum medium, ad quod gravia omnia tendant, & ibidem nitantur, quod *centrum gravitatis* vulgo adpellant: adeoque inridet, qui antipodas in oppoſita nobis telluris parte vagari poſſe, quin in coelum reciderent, contendebant. En eius carmina *lib. I*, *v.* 1051:

Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,
In medium ſummae (quod dicunt) omnia niti,
Atque ideo mundi naturam ſtare ſine ullis
Actibus externis, neque quoquam poſſe reſolvi
Summa, atque ima, quod in medium ſint omnia nixa.
. . . . . .
Et ſimili ratione animalia ſubtu' vagari
Contendunt, neque poſſe e terris in loca coeli
Decidere inferiora magis, quam corpora noſtra
Sponte ſua poſſint in coeli templa volare.

Exinde tamen non negat tellurem in medio univerſi, coeleſtibus corporibus circumfuſam poſſe conſiſtere; quin imo diſerte adfirmat in verſibus ſuperius recitatis. Verba igitur προς του κεντρου idem prorſus heic ſonant, ac ſuperiora εν μεσω.

Verſ. 10. 11. περιεχοντος του παντος) Reſidua elementa, & ſpatiola has voces tantum non reſpuunt; has ipſas tamen heic deſiderari pro certo habemus. In ſuperiori enim adnotatione ſatis, ut puto, oſtendimus, Epicuri mentem fuiſſe, ut doceret terram in mundi medio eſſe poſitam. Itaque ſicut prius dixerat εν μεσῳ τοις τοποις, ſic poſtea dixit προς του κεντρου περιεχοντος του παντος. Adpellaſſe autem Epicurum το περιεχον univerſum mundi ſyſtema ſatis compertum habemus. Siquidem ea voce utitur in epiſt. ad Herod. *ſegm.* 46, & ad Pythocl. *ſegm.* 88 ait: κοσμος εστι περιοχη τις ουρανου, αστρα τε, και γην, και παντα τα φαινομενα περιεχουσα, αποτομην εχουσα απο του απειρου, και καταληγουσα εν περατι η αραιῳ, η πυκνῳ. *Mundus eſt quaedam coeli complexio, aſtra, & terram, & omnia conſpicabilia continens, portionem ab infinito adcipiens, & in terminum deſinens vel rarum, vel denſum.* Quibus verbis plane gemella ſunt, quae in fragmentorum primo ſic legimus: περιληφθειη δια την του περιεχοντος πυκνοτητα, η αραιοτητα, ωστ' αποδιδοναι... Non recte igitur Stephanus το περιεχον ad ambientem tantum aërem coarctavit.

Quidquid autem ſit de abſoluta voce περιεχοντος, heic certe omnem tollit ambiguitatem ſequens του παντος. Etenim το παν, vox apud Philoſophos frequentiſſima, nonniſi *Univerſum*, vel *rerum Univerſitatem*, vel *Univerſam naturam*, vel *Omnia*, vel interdum *Omne*, ut reddit Tullius, vel *rerum ſummam*, *ſummam omnem*, aut *ſummai totius ſummam*, ut Lucretius, ſignificat: eodemque ſenſu paſſim ab Epicuro adcipitur in *Epiſt. ad Herod.*, & *ad Pythocl.*; quin per eam non corpora tantum, ſed & vacuum complectitur; ait enim: το παν εστι τη μεν σωμα, τη δε κενον· *univerſum partim eſt corpus, partim vacuum.* Hinc Plutarchus *de Placit. Philoſop. lib. I cap. 5.* Οι μεν απο της Στοας ενα κοσμον απεφηναντο, ον δη και το Παν εφασαν ειναι, και το σωματικον. *Stoici quidem unum mundum eſſe pronunciaverunt, quem & Univerſum adpellant, & corporum omnium complexionem.*

Ibid. και τοδ' εγκοιλαναι) Sic lego; etſi contra receptam orthographiam ante K adpictum ſit N. Huiuſmodi enim regulam ſaepe neglectam a noſtris amanuenſibus alibi vidimus. Quod ſi haec lectio non probetur, legeſis: και το μεν κοιλαναι. Hinc autem fortaſſe argui poteſt *coeli* ετυμον potius απο του κοιλου, quam a latino verbo *coelo* eſſe trahendum.

Verſ. 12. & ſeq. και κατῳ αλλους δε παρα γη Φραγμους εις τουτο συναπτομενους ειναι. Quod heic ſuppletum habes, ſponte, ni fallor, non modo e reſiduis elementis, & ſpatiolis

tiolis fluit, ſed toti ſententiae reſpondet. Φραγμους autem procul dubio adpellat materies aëriformes, quae terram undique continent, ac ſubſtentant; & quas ipſe in laudatis Epiſtolis adpellat αερων ὑπερεισεις, *aëria fulcimenta*, nec non αερας συμφωνους. Idcirco ait εις τουτο συναπτομενους *in hoc conſpirantes*, ut ſcilicet terram complecterentur. Scribebat enim ad Herodot. *ſegm.* 74. την γην τῳ αερι εωεχεσθαι, ὡς συγγενη τουτῳ, ὡσπερ και τα ζωα τη γῃ. Hoc nempe eſt, quod Lucretius *vocat naturam uniter aptam Partibus aëriis*. En eius carmina *lib. V*, *v.* 535.

Terraque ut in media mundi regione quieſcat,
Evaneſcere paullatim, & decreſcere pondus
Convenit; atque aliam naturam ſubter habere
Ex ineunte aevo coniunctam, atque uniter aptam
Partibus aëriis mundi, quibus inſita ſidit.

Et *v.* 554. ait terram eſſe

Partibus aëriis mundi, coeloque revinctam.

Huiuſmodi ſepimenta Parmenides adpellavit στεφανας περιπεπλεγμενας. V. *Plut. op. cit. D*, 7, & *Stob. p.* 50, & 51. Ariſtoteles dixit χωρας. Alii autem Philoſophi commenti ſunt ſphaeras concentricas, ut notum eſt. *V. Ariſt. de Mundo c.* 2.

Verſ. 15. 16. στρογγυλον) Reſidua huius vocis elementa in αυτογραφῳ exſtantia hanc vocem procul dubio inclamant. Ea ſaepe uſus eſt Epicurus, ut videre eſt in adlato ſuperius loco, & alibi apud Laërtium. Eademque uſi ſunt & alii Phyſici, qui terram rotundam dixere. Vide *Laërt. lib. VIII*, *ſegm.* 48.

Ibid. τηρησασθαι) Nil melius, vel opportunius ad implendam lacunam ſuccurrit.

Verſ. 19. κατα σχημα κωλων) Non utique in ea ſententia Noſter fuit, qui mundum putaret magnum eſſe animal, cuius partes membra forent; ab ea enim longe abhorrebat. Non dubitavit tamen του παντος partes, *quaſi membra* ad faciliorem intelligentiam adpellare. Ideoque fidiſſimus eius interpres *lib. V*, *v.* 550.

Certaque pars eius, quaſi nobis membra, videtur.

Verſ. 20. κοινην παντοσε μορφην τηρησαι) Haec verba ad ſententiam ſubſtentandam ex ingenio ſupplevimus: vel, ſi mavis, lege: κοινην παντος περιγραφην συλλαμβανειν. Eodem enim recidit.



COL. II.

Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA II.

συμ-
φωνων, τοιχους εν
κυκλῳ ποιησαντες, ἱ-
να μη αξωσιν ἡμας
προς την δινην· ὡς ε-
ξωθεν αυτης περιφε-
ρομενης πασιν ἡμιν
κεφαλης παντοτε συμ-
περιαγουσης, φαινο-
μενον . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . και τοι ου διωρισ-
μενων των δυναμε-
ων, των εν τῃ γῃ ὑπαρ-
χοντων, ουκ δυνατον ε-
στι τας αιτιας δειξαι·
οιμαι και ὁμοιως
ματαια πονειν . . .

simul conſpirantium, quae muros in gyro conſtituant, ne rapiamur in vorticem. Quippe ſi ipſa externo impulſu circumferretur, cunctis nobis capite ſemper circumeunte, phaenomenon . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
atqui non definitis viribus, quae in tellure exſiſtunt, nequaquam poſſibile eſt cauſas aperire. Adhaec puto aeque fruſtra laborare . . . . . .

Verſ. 1. συμφωνων τοιχους) Si truncam primam vocem ita reſtituas, ſupple ex antecedenti αερων: nec haeſites. Quod enim heic adpellat των αερων συμφωνων τοιχους, mox in *Col. XII*, *v.* 13 dictum videbis συμφωνων αερων ὑπερεισεις. Nec nimis duram huiusmodi metaphoram dixeris. Quemadmodum enim Latini *conſonare* dixerunt, quidquid cum alio apte conveniat, ſic & Graeci συμφωνειν. Vide Lexicographos. Τοιχους autem ne putes heic intelligere, quos commenti erant, qui terram cylindricam tympani ſegmento ſimilem adſtruebant, quos ipſe carpere videtur *Fragm. n.* 5. ut adnotavimus in *Schol. ad Col. I. v.* 8. neque eadem haec *moenia* ſunt, atque illa, quae Lucretius pluries adpellat *moenia Mundi*: hoc enim nomine intelligit ex Magiſtri doctrina extremum coelum, quod totum hunc mundum circumtegit, & ab aliis innumeris, mediante intermundio, diſterminat. Sic *lib. I. v.* 1094:

. . . . . *at ſupra circumtegere omnia coelum,*
Ne volucrum ritu flammarum moenia mundi
Diffugiant ſubito magnum per inane ſoluti.

Moenia igitur terrae procul dubio repagula illa, Φραγμους συναπτομενους, adpellat, quae ex aëre terram obvolvente efformata concipiebat; nec enim aliud nomen ὑπαρκτικον reſpicit μετοχη illa ποιησαντες, niſi το Φραγμοι, non ſecus ac in *cit. Col. XII.* ſcribit: ροον, τον τας συμφωνων αερων ὑπερεισεις πεποιηκοτα: *fluxum, qui ex congruentibus aëreis particulis fulcimenta comparavit*. Vocem autem τοιχος pro quocumque repagulo ſumi poſſe vel tyronibus compertum eſt.

Verſ. 4. προς την δινην) Vox δινη, & δινητις ſaepe occurrunt in Epicuri ſcriptis, quae nobis ſervavit Laërtius: apparent etiam in *Fragm.* 5. & nos ſupplevimus in *ſeq. Col. X*, *v.* 9. Accuſandi autem caſus apud Atticos eſt δινην, ut in citatis Epicuri locis effertur: contra tamen heic aperte legitur δινην. A librario igitur potius, quam ab Auctore permutatio profecta eſſe videtur.

Verſ. 7. κεφαλης παντοτε συμπεριαγουσης) Hanc lectionem fortaſſe non improbaveris, ſi totum contextum reſpicies. Utique συμπεριαγειν in re praeſenti uſurpatur. In ſimili argumento Ptolem. Μεγαλ. Συνταξ. *cap. VII.* ſic ſcribit: ει γαρ και τον αερα φαισιεν αυτη (γη) συμπεριαγεσθαι . . . . . και αυτη, ὡσπερ ἡνωμενη τῳ αερι συμπεριηγετο. *Si enim & aërem dicant cum ipſa (terra) circumvolvi . . . . & ipſa veluti coniuncta cum aëre circumvolveretur*. Ex his porro vides nullum telluris motum, ne diurnum quidem circa axem, agnoviſſe Epicurum; ſed abſurdum, & phaenomenis repugnantem duxiſſe.

Verſ. 14. ου διωρισμενων) Unam Epicurus vim in terra adgnoſcebat, cuius ope ſuperiori vortici reſiſteret, & ſtabilis permaneret, quae ab aëris eam obvolventis adceſſione oriretur. Hinc Lucret. *lib. I. v.* 562.

Iamne vides, quantum tenuis natura valere
Poſſit, ubi eſt coniuncta gravi cum corpore, ut aër
Coniunctus terris . . . . .

Nec tamen, pro ſua philoſophandi ratione, aliis quoque viribus pollere negabat, queis immota conſiſteret: ſed quoniam hae vires exploratae adhuc non forent, pro certo nihil definiri poſſe aiebat. Videſis noſtrum Commentarium in h. l.

Verſ. 20. ματαια ποιειν) Sic lego. Similem phraſim habes apud Platonem in Timaeo *Oper. Tom. III. pag.* 40. *ex recenſ. Serrani* το λεγειν ανευ διοψεως περι τουτων αυτων μιμηματων, ματαιος αν ειη πονος· *dicere de his ipſis figuris ſine inſpectione, inanis labor esset*. Et alibi.



COL. III.

Giu. Casanova dis. Brat. Oraty inc.

COLUMNA III.

ὡς αληθως, συλληφθει-
η περι των ὑποκειμε-
νων επαλλαγμα βε-
βαιον· ὁτι, καιπερ αυ-
του τουδ' ατελευτητου,
η ανω, η κατω, τοιαυ-
την ὕφ' ἓν εχει καταστα-
σιν οικοδομης

Non enim, ut verum fateamur, concipi poſſet in ſubiectis corporibus conſtans motus viciſſitudo: quoniam, quantumvis motus ipſe perpetuus ſit, coniunctam ſibi tamen, ſive ſuperius, ſive inferius, *illa corpora* habent talem aedificationis compagem

SCHOLION IN COL. III.

Verſ. 2. ὑποκειμενων) Supple σωματων, *corporum* nempe primitivorum, quae ſunt aliarum concretionum *ſubiectum*, & quae ατομα, *inſectilia*, ab eorum natura adpellavit Epicurus. Is enim haſce ατομους modo dixit ſimpliciter σωματα, modo των σωματων αρχας, *corporum principia*. Αρχαι autem των σωματων idem, puto, ſunt, atque σωματα ὑποκειμενα, h. e. *corporum ſubiectum*: five *ſemina*, ut ait Lucretius. Fortaſſe autem idcirco hac inſolenti voce utitur, quia illis Philoſophis reſpondet, qui tellurem circa ſuum axem rotare adſtruebant ex eo, quod rotationis motum primae materiei, quam ὑποκειμενον dixerunt, impreſſum opinabantur. Et quidem Timaeus apud Platonem *Tom. III. pag.* 97. *ex rec. Serrani* ſic aiebat: αρχα μεν των γεννωμενων, ως ὑποκειμενον, ἡ ὑλα· *principium creatarum rerum, uti ſubiectum, eſt materia:* & Plutarch. *de Stoic. Repugn. Tom. II. p.* 1054: ὑλην αργον εξ ἑαυτης, και ακινητον ὑποκεισθαι ταις ποιοτησιν αποφαινουσιν· *materiam ignavam ſuapte natura, & immobilem ſubiectum eſſe qualitatum tradunt.*

Verſ. 3. επαλλαγμα) Etſi a vulgatis lexicis abſit; nemo tamen hanc Graecis vocem abiudicaverit, quibus επαλλαξις ignota non fuit. Επαλλαξις vero, teſte Budaeo, proprie ſignificat *indiſcretum ab altero in alterum tranſitum, ita ut oculum fallat*: quae ſignificatio mirifice huic textui quadrat. Etenim ex Epicuri mente, non ſolum difficile foret concipere quamcumque telluris περιστροφην, ut Ptolemaeus adpellavit Μεγ. Συνταξ. *l.* 1. *c.* 7. ſed ne επαλλαγμα quidem, h. e. *inſenſibilem converſionem*.

Verſ. 6. η ανω, η κατω) Id fortaſſe eo adludit, quod inter Phyſicos non conveniret, cuius figurae tellus eſſet: alii enim cylindricam, alii tympani ſegmento ſimilem, alii rotundam adſtruebant. Quocirca, cum quanam ex parte magis premeretur definiri non poſſet, ait: *ſive ſupra, ſive infra*, h. e. quacumque ex parte a ſuperimpoſita mole gravetur.

Verſ. 7. καταστασιν οικοδομης) Sic corruptiſſima verba lego, nec temere. Καταστασις enim idem ferme valet, quod alibi συστασιν dixit: ut in epiſt. ad Herod. εν τη του κοσμου συστασει: *in mundi ſtructura:* οικοδομη autem terra *habitabilis* haud improprie adpellatur. Sic Lucretius canere non dubitavit *Lib. II*, *v.* 1109:

Aptaret ſpatium coeli domus, altaque tecta
Tolleret a terra procul, & conſurgeret aër.

Haec autem, ni fallor, eſt totius commatis ſententia. Cum Noſter ſtabilem terram, & nulli externo impulſui obnoxiam dixerit, opus habuit aliquid illis Phyſicis oggerere, qui mobilem illam circa ſuum axem adſerebant ob conſtantem rotationis motum materiae ab initio impreſſum, atque adeo hominibus inſenſibilem. Itaque ſic arguit: perpetuus, & conſtans rotationis motus in primigeniis corporibus concipi hodie non poteſt: etſi enim ſemina illa ſuapte natura

Multimodis volitent aeterno percita motu,

ut cecinit Lucretius *lib. II*, *v.* 1054; in coagmentatione tamen terrenae huius aedificationis illum amittere debuerunt. Sic enim ipſe docebat, ut habes in *Epiſt. ad Herod. ſegm.* 43. κινουνται τε συνεχως αἱ ατομοι..... εις τον αιωνα· και αἱ μεν εις μακραν απ' αλληλων διστανται, αἱ δε σχεδον του παλμον ισχουσιν, ὁταν τυχωσι την περιπλοκην κεκλιμεναι, η στεγαζομεναι ὑπο των περιπλεκτων· *moventur continenter atomi.....in perpetuum; & aliae quidem longe inter ſe invicem ſunt diſſitae, aliae vero, quae prope alias ſunt poſitae, quamdam vibrationem tantum retinent, quoties in complexionem incidunt, deflexae nimirum, & ſubſtentatae ab aliis circumpoſitis.*

Huc uſque igitur orationis filum tenere quivimus, ut habes in Commentario: heic abrumpitur, & ingens ſequitur lacuna; quapropter & quarta abeſt columna, ut ab initio monuimus.



COL. IV

Giu. Casanova dis. Bart. Oraty inc.



Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA V.

ανατελλων, ανατει-
νοντες εις το μερος της
παση γης, ου μετε-
βημεν, εκ τουτου ημ-
μιν δυομενος Φαι-
νεται, ουδε πολλην
ενιοτε παυ γην με-
ταβεβηκοσιν· αλλ' αυ-
του ουκ εστιν αυτους
πλαγιασμους αρτιως
ορασθαι. Το γαρ την εν-
θενδε καταστασθμη-
σιν, η την ενθενδε

——————— εκτρα-
πεσθαι ημιν δεικνυσιν
αλλοιαν καταστασθμη-
σιν των ανατολων,
και δυσεων. Ωστε
και συνβαινον ειναι
αν εικοτως οιμαι

si, cum sol oritur, retro tendamus in aliquam telluris partem; ex eo loco, quo transivimus, idem nobis occidere videtur, etsi non multum interdum telluris transgressi fuerimus: sed ibidem non licet easdem obliquationes exacte inspicere. Conversio enim regulae hinc inde varia nobis ostendit puncta tum ortus, cum occasus. Itaque & conveniens esse jure autumo

SCHOLION IN COL. V.

Verſ. 1. ανατελλων) Supple ex antecedenti ἡλιος. Scitum eſt enim ανατολην proprie dici de ſole, ſicut de ceteris aſtris επιτολην.

Ibid. ανατεινοντες) Etſi ανατεινειν ut plurimum valet *ſurſum tendere*, heic tamen vertendum duximus, *retro tendere*. Veteres enim orientalem plagam, quaſi ſuperius poſitam concipiebant: itaque *ad ortum adſcendere*, ut *ad occaſum deſcendere* dictitabant. Qua in re Xenophon potiſſimum, atque Arrianus memorandi ſunt, qui Cyri, & Alexandri ad Orientales plagas expeditiones enarraturi libros ſuos αναβασεως nomine inſcripſerunt: contra vero militum ad Occidentem reditum καταβασιν frequentiſſime nuncuparunt. Profecto his verbis Xenophon ad ultimum librum abſolvendum utitur: Αριθμος συμπασης της ὁδου της αναβασεως, και καταβασεως σταθμοι διακοσιοι δεκαπεντε, παρασαγγαι χιλιοι ἑκατον πεντηκοντα, σταδια τρισμυρια τετρακισχιλια διακοσια πεντηκοντα πεντε, χρονου πληθος της αναβασεως, και καταβασεως ενιαυτος, και τρεις μηνες. *Numerus totius itineris, quod tum adſcendendo, tum deſcendendo confecimus, ſtationibus CCXV, paraſangis CIↃCL, ſtadiis vero XXXIIII CIↃ, & CCLV abſolutus eſt. Temporis intervallum, quo adſcendimus, & deſcendimus, annus unus, & tres menſes.* Quapropter cum heic intelligendus ſit Epicurus de tranſitu verſus Orientem, unde conſpici poſſit ſol occidens, neceſſe eſt, intelligatur ſpectator poſt ſolis ortum retro tendat, ut inde adſpiciat eumdem ſolem occidentem. Sic Galenus *apud Stephanum:* ανατεινεται προς την ανω χωραν, *retro tendit ad ſuperiorem regionem.*

Verſ. 6. ουδε πολλην κ. τ. λ.) Ut huiuſmodi φαινομενον eveniat, de quo loquitur Epicurus, ut ſcilicet videatur ſol ibidem occidere, ubi orientem mane vidimus; neceſſe eſt, ſpectator retro gradiens totum *orizontem viſualem* immutet, ſi in plana verſetur tellure: cuius orizontis diameter, cum ſit milliariorum octoginta, opus eſt, ſaltem huius ſpatii medietatem percurrat; ſecus vero, ſi inter montes verſetur.

Verſ. 10. πλαγιασμους) Haec vox obvia non eſt. Hermogenes uſurpat, cum de ratione argumentandi ex του πλαγιου *ex indirecto* verba facit. Heic autem procul dubio pro obliquo ſolis flexu adcipienda eſt: quae obliquitas ab aliis Aſtronomis λοξοτης dicebatur. Vid. *Gemin. Aſtronom. cap. V.* Simili quoque ſenſu ουρανου λοξωσιν ipſe adhibuit Epicurus *ad Pythocl. ſegm.* 93. τροπας ἡλιου, και σεληνης ενδεχεται γενεσθαι κατα λοξωσιν ουρανου, ουτω τοις χρονοις κατηναγκασμενου. *Solis, lunaeque converſiones poſſunt fieri ſecundum obliquitatem coeli, quod ad varias tempeſtates efficiendas hanc poſitionem debet habere.*

Ibid. αρτιως ὁρασθαι) Hae voces, ni fallor, & ſententiae, & reſiduis elementis, & lacunae congruunt. Το αρτιως autem eo ſenſu adcipimus, quo apud veteres lexicographos, ut nempe ſit idem, ac πεπληρωμενως, συνηρμοσμενως, απηρτισμενως, *perfecte, ad amuſſim.* Etenim, ſi ab aliquo puncto non multum abſcedas, ait Epicurus, licet eadem ſolis obliquatio nudis oculis adpareat, ope tamen inſtrumenti non eadem ad amuſſim eſſe dignoſcitur.

Verſ. 12. καταστασθμησιν) A lexicographis huiuſmodi vox ignoratur, quae heic geminata perſpicue legitur. Eius tamen explicatio non admodum difficilis videtur. Etenim σταθμην Graeci dixerunt *regulam*, ſive *amuſſim*, ad quam fabri operis rectitudinem expendunt: hinc κατα σταθμην, *ad amuſſim*; & σταθμασθαι, *ad amuſſim exigere*. Quin hoc verbum uſurpatum invenitur a Callimacho apud Laërtium in Thaletis vita *ſegm.* 5. ad ſignandas aſtronomicas menſuras:

Και της αμαξης ελεγετο σταθμησασθαι
Τους αστερισκους, ᾗ πλεουσι Φοινικες.
Et currus (urſae) dicebatur expendiſſe
Stellulas, cuius ope navigant Phoenices.

Et in Platonicis verbis a Timaeo inluſtratis invenitur σταθμερα μεσης ἡμερας, ὁτε κατα κορυφην ὁ ἡλιος γινεται. Derivatum igitur καταστασθμησις heic aliud eſſe non poteſt, quam vel inſtrumentum, cuius ope ſolis obliquitates expenderentur, vel ipſa per inſtrumentum exploratio. Heic ſane inſtrumentum denotat: cuiuſmodi autem fuerit, videant Aſtronomi. Procul dubio talia inſtrumenta veteres non ignorarunt. Huiuſmodi fuit ἡλιοτροπιον, quod τας ἡλιου τροπας ſignabat, ab homericis uſque temporibus, ſi Menagio credimus, inventum: huiuſmodi fuit Anaximandri γνωμων, de quo Suidas: πρωτος γνωμονα κατεσκευασε προς διαγνωσιν τροπων θ' ἡλιου, και χρονων, και ὡρων, και ισημεριας· *primus gnomonem comparavit ad dignoſcendas converſiones ſolis, & temporum, & horarum, & meridiei*: huiuſmodi fuere

fuere παραπηγματα, quibus, teſte Vitruvio *de Arch. lib. IX. cap. 7. utebantur ad ſiderum ortus, & occaſus, tempeſtatumque ſignificationes inveniendas;* & quae ab uſque Democriti aevo Graecis cognita fuere. Vide Fabric. Hiſce nunc καταστaθμησιν adcenſe: quae fortaſſe nil aliud erat, quam mobilis regula, ſive διοπτρα perpendiculo infixa, quae hinc inde in gyrum converſa, varia puncta in ſuppoſito quadrante ſignaret, ad quae oculum intenderet ſpeculator. Patet autem hoc in loco dormitantem calligraphum bis eadem verba την ενθενδε καταστaθμησιν adpinxiſſe, quae obelo ſunt configenda. Cum enim ad alterum ενθενδε deveniſſet, rurſus oculos ad prius intendens, ſomnolenter iterum exſcripſit καταστaθμησνν, η την ενθενδε: quod alibi etiam paſſum eſſe obſervavimus. Vid. *tom. I col. XXIX, & XXXVI.*

Verſ 15. 16. εκτραπεσθαι ἡμιν δεικνυσιν αλλοιαν) Ad lacunam implendam, ſententiamque fulciendam haec verba, ni fallor, opportuna ſunt; ſi inſtrumentum concipias, ut paullo ante deſcripſimus.

Verſ. 17. καταστaθμησιν) Heic procul dubio καταστaθμησις non inſtrumentum, ſed ipſius effectum denotat, puncta ſcilicet, quae regula in quadrante deſignat.

Verſ. 18. ανατολαν, και δυσεων) Notum eſt haſce voces in plurali numero varias ut plurimum ſolis in ortu, & occaſu poſitiones deſignare, ſive varia, quae ſol oriens, & occidens puncta per varias anni tempeſtates in orizonte percurrit. Sic apud Ariſtotelem *de Mundo cap. 4.* ανατολαι, και δυσεις αἱ μεν θεριναι, αἱ δε ισημεριναι, αἱ δε χειμεριναι· *ortus & occaſus ſunt alii quidem aeſtivi, alii aequinoctiales, alii hyemales:* & ipſe Epicurus *in Epiſt. ad Herodot. ſegm. 79.* πλειονας αιτιας ευρισκομεν τροπων, και δυσεων, και ανατολων· *plures invenimus cauſſas ſolſtitiorum, occaſuum, ortuum:* & ita etiam in ſeq. columna. Hinc firmatur, quod ſupra de καταστaθμησει differuimus.



COL. VI

Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA VI.

. . . . . ὁ-
μοιωμα τι λαβοντες
συλλογιζεσθαι τι πε-
ρι τουτων. Τα μεν
γαρ περινοουντες,
οιμαι, λεγω δε τα ορ-
γανα, εν δε τοις κη-
λουντες αὐτους, ου μο-
νον κατα τας εμ-
ποδειας, τας ὑπο των
δινευματων αυτοις
παραγεινομενας, αλ-
λα και τας κατα των
φασματων των του
ἡλιου αοριστειας ανα-
τολων, και δυσεων,
εικοτως ου διανοιᾳ δυ-
νανται ὑπο των ορ-
γανων ουθεν απαρ-
τιζον τῃ διανοι-
ᾳ ὁμοιωμα λαβειν.
Ἀλλοτριον μεν γαρ

imaginem quamdam adci-
pientes, aliquid de his ar-
guendo concludere. Qui-
busdam enim nimio plus
attendentes, arbitror, (ocu-
lis inquam) in aliis vero
semetipsi decipientes, non
solum propter impedimen-
ta, quae sibi a corporum
rotatione obveniunt, sed
etiam propter ea, quae ab
infinitis adparentiis ortus,
& occasus solis proveniunt;
jure, inquam, nullam ipsi
mente possunt ab oculis
adaequatam rationi ima-
ginem adcipere. Alienum
est enim

CAP. II. Quomodo Physiologus de meteoris iudicare debeat.

SCHOLION IN COL. VI.

V. 1. ὁμοιωμα) Haec vox idem profecto ex Epicuri mente heic valet, ac ὁμοιοτης φανταϲματος, qua uſus eſt in Ep. ad Herod. *ſegm.* 49. vel ὁμοιος τυπος, qua uſus eſt in praecedenti Vol. II. col. VI. v. 1. 2. ut ſcilicet ſignificaret *idolum*, ſive imaginem ὁμοχροον, και ὁμοιομορφον, quae a corpore emiſſa oculis adcipitur. Vide, quae ibidem adnotavimus. Propterea adhibet verbum λαβοντες, ut in cit. Ep. ad Herod. *ſegm.* 51. ubi ſcripſit: ἡ γαρ ὁμοιοτης των φανταϲματων, οἱονει εν εικονι λαμβανομενων.

V. 2. συλλογιζεϲθαι) Nihil procul dubio aliud heic inſinuat, quam quod ſaepe alibi, errorum ſcilicet cauſas non in ſenſibus, neque in phaenomenis, ſed in intellectu eſſe δια το συλλογιζεϲθαι. Sic enim ſcribebat is ad Herodotum apud Laërt. *lib. X. ſegm.* 50., ut probe legit Roſſius in ſuis Comment. Laërtian. §. 93. *pag.* 281. Το δε ψευδος, και το διημαρτημενον εν τῳ προϲδοξαζομενῳ αει εϲτιν κατα την κινηϲιν εν ἡμιν αυτοις ϲυνημμενην τῃ φανταϲτικῃ επιβολῃ, διαλειψιν δε εχουϲαν, καθ' ἣν το ψευδος γινεται. *Falſitas vero, & error ſemper in eo, quod inſuper opinamur, ſitus eſt, per motum quemdam, qui in nobis ipſis viſus notioni conjunctus ille quidem ineſt, opinionem tamen habet, ex qua falſitas exſiſtit.* Quare canebat Lucretius *lib. IV. v.* 466.

. . . . . *pars horum maxima fallit*
Propter opinatus animi, quos addimus ipſi;
Pro viſis ut ſint, quae non ſunt ſenſibu' viſa.

Vide Diogen. Laërt. *lib. X. ſegm.* 31. *& ſeq.* Sextum Empir. *adverſus Logicos lib. II. ſect.* 63. Cicer. Acad. *lib. IV. cap.* 46. Hanc ipſam doctrinam latius explicat Philodemus in volumine, cui titulus: περι φαινομενων, και ϲημειωϲεων, *de phaenomenis, & prognoſticis*, quod propediem ϲυν θεῳ in lucem dabimus.

V. 4. περινοουντες) Hanc vocem interpetrandam remur, ut Suidas, & Heſychius docent, quibus περινοειν idem eſt, ac περιττως νοειν, *nimium conſiderare*. Hinc περινοια, *ſollertia.* Vide Budaeum *v.c.* Quapropter περινοουντες τα οργανα idem eſt, ac *ſenſibus nimio plus attendentes.*

V. 5. 6. οργανα) Etſi οργανον pro quovis inſtrumento generatim ſumatur, non raro tamen apud Philoſophos pro organis ſenſoriis peculiariter adcipitur. Sic apud Ariſtot. de partibus Animalium *lib. II. c.* 1. Heic vero apud Noſtrum pro *oculo* κατ' εξοχην adcipi dubium non eſt; quandoquidem de coeleſtibus corporibus diſputatur, quae non niſi oculorum ope adſequi licet. Non ſecus Galenus pro *oculo* hanc vocem interdum ſumit. Vide Gorraeum *Lex. Med. h. v.*

V. 8. 9. εμποδειας) Licet in lexicis haec vox non recenſeatur, nulli tamen dubium fore puto, quin ab εμποδων, ut εμποδιον, εμποδιϲμα &c. ſic & εμποδια recte procedat, non ſecus ac αποδια, αυτοποδια, διποδια &c. Quod autem pro ſimplici iota deſcriptum habeas ει, id ſomnolento calligrapho tribuas, qui ſaepe, non ſecus ac alii horum voluminum exſcriptores, ut iamdudum obſervavimus, huiuſmodi litterarum εναλλαγην facit. Et ne longius abſcedas, mox hac ipſa columna *v.* 14. αοριϲτειας pro αοριϲτιας deſcriptum invenies. Id autem argumento nobis eſſe debet, non modo diphtongum ει affinem ſono fuiſſe τῳ ι; ſed etiam huiuſmodi voces penultima longa ſolitas fuiſſe efferri.

Impedimenta autem heic intellige, quae ſcilicet intellectui opponuntur, quominus rem percipiat, ſicuti eſt. Sic ipſemet Epicurus apud Laërt. *lib. X. ſegm.* 95. hoc ſenſu adhibet verbum εμποδοϲτατειν: και γαρ παρ' ἡμιν θεωρειται πολλα μεν εξ ἑαυτων εχοντα, πολλα δε αφ' ἑτερων· και ουδεν εμποδοϲτατει των εν τοις μετεωροις φαινομενων. *Apud nos enim multa ſpectantur, quae ex ſe habent (lucem), multa vero, quae ex aliis; & nihil eorum, quae in ſublimi adparent, praebet (huic perceptioni) impedimentum.*

V. 10. δινευματων) Diſcerptam vocem ſic reſtituimus; ex qua certe deſunt quinque elementa. Etenim δινη, & δινηϲις pluries in Epicuri epiſtolis apud Laërtium occurrunt; cur non δινευμα? Noſter enim poſſibilem adſtruebat tum univerſalem Mundi circumvolutionem, tum etiam rotationem aſtrorum ſtante Univerſo. Sic enim ad Pyth. *ſegm.* 92. Τας τε κινηϲεις αυτων ουκ αδυνατον μεν γενεϲθαι κατα την του ὁλου ουρανου δινην, η τουτου μεν ϲτασιν, αυτων δε δινην κατα την εξ αρχης εν τῃ γενεϲει του κοϲμου αναγκην απογεννηθειϲαν εφ' Ανατολην· *Motus autem ipſorum (Solis, & Lunae) impoſſibile non eſt fieri propter totius coeli circumvolutionem, vel hoc ſtare, ipſos vero rotare propter neceſſitatem uſque a principio in mundi generatione ab Orientali plaga impreſſam.*

V. 18.

V. 18. 19. απαρτιζον) Huiuſmodi verbum heic neutro ſenſu eſt adcipiendum, ut nempe ſignificet, quod Latini dicunt *quadrare*. Sic apud Ariſtot. εν τη απαρτιζουση ὡρᾳ, idem eſt ac τηκαθηκ ουση, *hora convenienti*. Quare adverbia απαρτιζοντως, & απηρτισμενως ab Etymologico magno redduntur ευαρμοστως: a Suida το μηδ' ὑπερβαλλειν, μηδ' ενδεειν, *quod neque redundet, neque deficiat*. Vide Budaeum *Comment. hac voce*.



Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA VII.

προσποιημα καταλειπει, και παραβασιν του τα επι του οργανου δειγματα την αυτην αναλογιαν κατασκευαζειν τοις κατα τα μετεωρα Φαινομενοις. Διορατεον γαρ οιμαι πρωτον τον ευφρονουντα, ὁτι διαλεγεται, ὁταν περι του κοσμου διαλεγηται, και των εν τῳ κοσμῳ Φαινομενων, η περι Φασματος τινος εκ μετεωροτατων τινων, των κατοψιν αναπεμπομενων προς επιγειους επ' αυτῃ τῃ γῃ διοτι εισωπος

opinionem falſam, atque abnormem retinet, quod nempe ea, quae ſub noſtrum ſenſum aperte cadunt, eamdem proportionem exhibeant, atque ea, quae circa ſublimia corpora adparent. Diſtinguere enim, ut puto, in primis vir ſapiens debet id, de quo diſputatur, cum ſcilicet de mundo diſputet, & de iis, quae in mundo viſuntur, vel de aliquo portento e ſublimiſſimis corporibus proveniente, quae ſui viſionem remittunt ad terrigenas in ipſa terra: propterea quod ob oculos habens

Verſ. 1. προσποιημα καταλειπει) Siquidem προσποιημα apud Graecos ſcriptores paſſim *fictionem* & *ſimulationem* notat, ut diſcere eſt a Lexicographis; mirum videri non debet, ſi per hanc vocem Epicurus *opinionem falſam*, ſive *excogitationem*, *mentiſque inventum* heic deſignaverit. Simulatio enim falſitatem procul dubio includit. Certe, ſi quid ſapimus, aliorſum adcipi non poteſt. Καταλειπει autem idem valet, ac *apud ſe linquit*, h. e. *retinet falſam opinionem*, eodem prorſus pacto, quo in ep. ad Pytocl. *ſegm.* 87. ait: παντα μεν ουν γινεται ασειστως κατα πλεοναχον τροπον εκκαθαιρομενα συμφωνως τοις φαινομενοις, ὁταν τις το πιθανολογουμενον ὑπερ αυτων δεοντως καταλιπῃ· *Omnia igitur inconcuſſa ſunt, multiplici modo examinata, ſed phaenomenis convenienti; dummodo quis probabilem opinionem de ipſis commode retineat.*

Verſ. 2. παραβασιν) Quamlibet *tranſgreſſionem*, ſive tranſitum abnormem ex uno in aliud παραβασιν Graeci dixerunt. Sic in Comoediis παραβασις dicebatur teſte Ariſtophanis Scholiaſte ad Pacis *v.* 733., cum chorus μηδεν περι του προκειμενου λεγων, *nihil de praecedenti argumento dicens*, ad alia tranſgrediebatur, & immutata regulari poſitione ad theatrum ſe convertebat, απο του παραβαινειν τον χορον απο της νενομισμενης στασεως εις την καταντικρυ του θεατρου οψιν. Opinio igitur, quae τους λογικους νομους παραβαινει, *logicas leges tranſgreditur*, belle dicitur ab Epicuro παραβασις, h. e. *opinio abnormis*, & προσποιημαπι adnectitur.

Verſ. 3. 4. τα επι του οργανου δειγματα) Nulli profecto dubium, quin Epicurus docuerit aliter ratiocinandum de iis, quae noſtris ſenſibus manifeſto adparent, aliter de iis, quae in ſublimi conſpiciuntur, μετεωροις ſcilicet; ſiquidem illa, ut ſcribebat ad Pythocl. apud Laërt. *lib. X. ſegm.* 86.: μοναχην εχει τοις φαινομενοις συμφωνιαν· ὁπερ επι των μετεωρων ουχ ὑπαρχει· αλλα ταυτα γε πλεοναχην αν εχει και της γενεσεως αιτιαν, και της ουσιας ταις αισθησεσι συμφωνον κατηγοριαν· *illa uno tantum modo cum phaenomenis concordant, quod non uſuvenit rebus ſublimibus; haec autem multiplicem habere poſſunt & ſuae generationis cauſam, & eſſentiae declarationem ſenſibus conſonam.* Propterea inferius ait: Σημεια δε τινα των εν τοις μετεωροις συντελουμενων φερειν δει εκ των παρ' ἡμιν γενομενων, ἁ θεωρειται, η ὑπαρχει, ὡς και τα εν τοις μετεωροις φαινομενα· *Certa quaedam argumenta circa ea, quae in ſublimi eveniunt, ducere oportet ex iis, quae apud nos fiunt, quae contemplamur, vel perinde ſe habent, atque ea, quae in ſublimi adparent.* Ad ſummam diſtinguit inter ea, quae infra circa nos ſunt, & noſtris omnino ſenſibus ſubiiciuntur, & ea, quae vix in ingenti diſtantia adparent; illa adpellat θεωρουμενα, haec ſimpliciter φαινομενα. Heic vero idem procul dubio inculcans, quae tunc dixit θεωρουμενα, adpellat δειγματα επι του οργανου, itemque opponit τοις κατα τα μετεωρα φαινομενοις.

Verſ. 5. αναλογιαν) Vertimus *proportionem*, ne a trita via abſcedamus; ſiquidem Tullius Timaei *cap.* 4. ait: *Quae Graece* αναλογια (*-audendum eſt enim, quoniam haec primum a nobis novantur*) *comparatio, proportioque dici poteſt.* Et quidem alibi, etiam apud Epicurum, belle ſic explicatur. Heic tamen reddere mallem *ratiocinium*, vel *raciocinandi methodum;* ſcitum eſt enim αναλεγειν idem ſaepe valere, ac latinum *ratiocinari*. Utcumque tamen reddas, Epicuri ſententia eſt, iudicari non poſſe de iis, quae in ſublimi adparent, eodem pacto, vel eadem proportione, atque de rebus, quae circa nos ſunt, & noſtris ſenſibus ſubiiciuntur.

Verſ. 14. εν τῳ κοσμῳ φαινομενων) Noſter, ut ſupra animadvertimus, in ep. ad Pyth. *ſegm.* 88. ſic τον κοσμον definit: κοσμος εστι περιοχη τις ουρανου, αστρα τε, και γην, και παντα τα φαινομενα περιεχουσα· *mundus eſt complexio quaedam coeli, comprehendens & aſtra, & terram, & omnia, quae videntur*: quae definitio, ut recte animadvertit Gaſſendus in h.l. conſonat cum illa, quam tradidit Auctor libri *de Mundo*, quicumque is fuerit, *cap.* 2. συστημα εξ ουρανου, και γης, και των εν τουτοις περιεχομενων φυσεων· *compages e coelo, terraque, & iis naturis, quae in ipſis continentur, conſtans.* Exinde igitur patet per Epicurum φαινομενα non eſſe rerum adparentias, ut vulgo autumant, ſed res ipſas, ſeu ſubſtantias adparentes. Sic etiam ep. ad Pyth. *ſegm.* 87. ου γαρ κατ' αξιωματα κενα, και νομοθεσιας φυσιολογητεον, αλλ' ὡς τα φαινομενα εκκαλειται· *non enim ſecundum vana effata, legumque decreta de natura eſt diſputandum, ſed prout res, quae cernuntur, poſtulant.* Hoc igitur ſenſu heic φαινομενον adcipies. Quomodo autem incertas adparentias Noſter adpellet, vide adnotationem ſequentem.

Verſ.

Verſ. 15. η περι Φασματος) Particula η deeſt in αυτογραΦω; ſed ſententia, eiuſque ſyntaxis illam requirunt. Quis neget calligrapho inter exſcribendum excidiſſe, ut ſaepe alias?

Vides autem φασματα heic, ut in praecedenti, & in ſequentibus, Φαινομενοις opponi; ut ſignificent *adparentias*, ſive quae Latini dixerunt *portenta*, quaeque, unde proveniant, incertum eſt. Huius generis eſt per Epicurum motus aſtrorum, non ſecus ac tonitrua, fulmina, & alia huiuſmodi. Itaque ex eius mente ſol, & luna Φαινομενα ſunt; eorum ortus & occaſus ſunt φασματα. Hoc etiam ſenſu Ariſtoteles *Meteorolog. lib.* 1. *cap.* 2. hanc vocem adhibuit: φαινεται δε ποτε συνιστα μενα νυκτωρ, αιθριας ουσης, πολλα Φασματα εν τω ουρανω· *cernuntur autem aliquando noctu, ſereno aëre, conſiſtentia multa portenta in coelo.*

Verſ. 16. εκ μετεωροτατων) Sic reſtituimus iacentem in lacuna vocem. Sententia non abnuit; de meteoris enim procul dubio ſermo fit; ſed poſitivum μετεωρων nec ſpatiola, nec reſidua elementa ferunt.

V. 18. κατοΨιν) Etſi compoſita haee vox a lexicis abſit, non dubitamus tamen recipere; quandoquidem habemus paſſim κατοπτομαι, & derivata κατοπτος, & κατοΨιος. Idcirco autem non legendum remur κατ'οΨιν, ut quis fortaſſe mallet, quia ſtatim ſequitur προς επιγειους; quam decurtatam vocem ſic ex ingenio reſtituimus.

Verſ. 21. διοτι εισωπος) Ut Epicuri ſententia, & noſtri ſupplementi ratio pateat, operae pretium eſt eius doctrinam prae oculis habere. Docebat is humanos ſenſus minime falli, ſed errorum cauſam totam eſſe poſitam in mente, ſive in opinione. Cum enim aliquis ſubiectum videt, verum eſt, quod videt, ſed opinionem, quam de illo concipit, falſa plerumque, vel incerta eſt, niſi evidentia ſuffragetur. Sic enim ad Herodot. ſcribebat *ſegm.* 34.: δοξαν, και υποληΨιν λεγουσιν· αληθη τε ειναι Φασι, και ψευδη δια το προστειναι, και αΦελειν, και επιμαρτυρησιν, η αντιμαρτυρησιν παρα του εναργους εχειν, η μη εχειν· αν μεν γαρ επιμαρτυρηται, η μη αντιμαρτυρηται, αληθη ειναι· εαν δη μη επιμαρτυρηται, η αντιμαρτυρηται, ψευδη τυγχανειν· *opinionem, & comprehenſionem adpellant; veram autem eſſe dicunt, vel falſam propter id, quod ſubiecto additur, vel detrahitur, & quia habeat, vel non habeat ab evidentia ſuffraganiem, vel refragantem atteſtationem: cum enim evidentia ſuffragatur, vel non refragatur, vera eſt opinio; cum autem non ſuffragatur, vel refragatur, falſa eſt.* Deinde ſubdit: οθεν και το προσμενομενον εισηχθη· οιον το προσμειναι, και εγγυς γενεσθαι τω πυργω, και μαθειν, ει μεν οποιος πορρωθεν, τοιον και εγγυς Φαινεται· *hinc invaluit, quod aiunt,* expectatum, *videlicet expectare, & propius adcedere ad turrim, & diſcere, an qualis e longinquo adparet, talis & prope videatur.* Quid autem ſit ex Epicuri mente επιμαρτυρησις, & αντιμαρτυρησις παρα του εναργους, clarius etiam diſces a Sexto Emp. *lib.* 1. *adv. Log. ſect.* 211.: εστι δε επιμαρτυρησις μεν καταληΨις δι' εναργειας του το δοξαζομενον τοιουτον ειναι, οποιον ποτε εδοξαζετο· οιον Πλατωνος μακροθεν προσιοντος, εικαζω μεν, και δοξαζω παρα διαστημα, οτι Πλατων εστι· προσελασαντος δε αυτου, προσεμαρτυρηθη, οτι Πλατων εστι, συναιρεθεντος του διαστηματος, και επιμαρτυρηθη δι' αυτης της εναργειας· *Eſt autem adteſtatio, comprehenſio per evidentiam, quod id, quod opinamur, tale ſit, quale opinati iam ſumus; ut e. g. Platone procul adveniente coniicio quidem, & opinor, interpoſito intervallo, eſſe Platonem; adcedente autem ipſo, fit adteſtatio, quod ſit Plato, ſublato intervallo, & ſuffragante ipſa evidentia.* His poſitis probe vides, cur tantopere Epicurus diſtinguendum Philoſopho inculcet, num de mundo, & mundanis phaenomenis diſputet, an de meteoris, quae tam longe a nobis diſtant; cum nullatenus fieri poſſit, ut evidentia ſuffragetur conceptae opinioni in tanta rerum diſtantia. Vide noſtrum commentarium h. l.



COL. VIII.

Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA VIII.

δ' ὁταν, οιμαι, επι το
ὑποκειμενον βλε-
πων τυχῃ, και μη
διορων το τε κατα
το ὑποκειμενον λε-
γομενον, και το κα-
τα το περιλαμβανο-
μενον απο του ὑπο-
κειμενου. Πολλαι
δε απο του ὑποκειμε-
νου διαδικασιαι γι-
γνονται ου μικρο-
ταται δη· ὁτι του
κοσμου εικοτως α-
δημονει ὑπο των
περι του ἡλιου αρ-
τιως ῥηθεντων α-
νατολων, και δυσε-
ων. Χαλεπον μεν γαρ
και τολμον εστιν ἑκασ-
τα ειδειν των Φασ-
ματων.

cum, ut reor, ſubiectum
forte inſpiciat, neque dis-
cernat, quod de ſubiecto
enunciatur, & quod de
eo, quod ſubiectum ipſum
comprehendit. ¶ Multae
vero e ſubiecto diſceptatio-
nes oriuntur non minimi
quidem momenti, videli-
cet: quaenam mundi par-
tes aeque male adfician-
tur ab iis, de quibus nu-
per dixi, ſolis ortu, &
occaſu. Difficile enim, &
audax eſt opus ſingulas
obſervare adparentias

CAP. III. An ſolis circumactio alias Mundi partes adficiat.

SCHOLION IN COL. VIII.

Verſ. 2. ὑποκειμενον) Etſi ὑποκειμενον apud Graecos Scriptores plerumque notet *orationis ſubiectum*, ſive *argumentum*; alibi tamen ſumitur pro *ſubiecto*, ſive *corpore*, unde idola emanant, ut Ep. ad Herod. *ſegm.* 50. το ἑν, και συνεχες, και σωζον την συμπαθειαν απο του ὑποκειμενου· *unum*, & *continuum*, *quodque cognationem ſervet eius corporis*, *quod ei ſubiicitur*: vel, ut heic, pro corpore, in quod cadunt Phyſiologorum obſervationes. Sic ait Plutarchus in *Vita Periclis*: ὑπεκειτο μεν τῳ φυσικῳ, εκ τινων γενοιτο, θεωρησαι· *ad Phyſicum ſpectabat*, *cognoſcere*, *unde illud ortum haberet*. Sic ipſemet Epicurus *ad Herod. ſegm.* 72. ὁσα εν ὑποκειμενῳ ζητουμεν αναγοντες επι τας βλεπομενας παρ' ἡμιν αυτοις προσληψεις· *quaecumque in ſubiecto quaerimus referentes ad factas per viſum a nobis ipſis perceptiones*. Heic igitur ὑποκειμενον eſt corpus aliquod coeleſte, quod phyſicus in ſublimi obſervat, nec tamen poteſt in tanta diſtantia quaquaverſum examinare: idcirco ait: βλεπων τυχῃ.

Verſ. 4. 5. το κατα το ὑποκειμενον λεγομενον) Haec phraſis idem valet, ac omne id, *quod ſubiecto ineſſe vel adſeritur*, *vel negatur*, *inſpecta eius natura*. Sic Ariſtoteles *Topic. V. cap.* 3.: το ιδιον του εν τῳ ὑποκειμενῳ λεγομενου· *proprium rei*, *quae de ſubiecto adſeritur*: & infra: το εν τῳ ὑποκειμενῳ ιδιον του ὑποκειμενου· *quod in ſubiecto ineſt proprium ſubiecti*.

Verſ. 7. 8. περιλαμβανομενον εκ του ὑποκειμενου) Sic legendum eſſe patet ex columna ſequenti verſ. 6. ubi hanc ipſam propoſitionem adſumit, atque ait: εκ του ὑποκειμενου δε ληπτεον. *E ſubiecto* autem aliquid *concipere* idem eſt, atque e ſubiecto aliquid per inductionem cognoſcere, quod extra ſubiectum ſit, & ipſius naturam directe non reſpiciat.

Verſ. 11. διαδικασιαι) Sic reſtituendam remur capite truncam vocem ασιαι, quae in αυτογραφῳ cernitur. Διαδικασια autem, etſi a Polluce quater inter forenſia vocabula recenſeatur *lib. IV. cap.* 4. *VIII.* & Suidas explicet pro *controverſia*, ἡν ποιουνται τινες τοις μελλουσι λειτουργειν· *quam aliqui movent adverſus illos*, *qui munus publicum ſuſcepturi ſunt*; Diogenes tamen apud Ethymologicum M. etiam ad alias quaeſtiones extendit. Hesychius vero praeter vulgarem forenſem ſignificationem, ſumi etiam pro αμφισβητησει, *controverſia*, & κρισει, *iudicio* adfirmat. Recte igitur heic pro philoſophica quaeſtione adcipi poteſt. Quales ſint autem quaestiones, quae circa propoſitum Solis ſubiectum oriri poſſunt, ipſemet Epicurus enumerat in *Epiſt. ad Pytocl. ſegm.* 91. *& ſeq.* nec non fidus interpres Lucret. *lib. V.* Vide, ſi lubet.

Verſ. 13. & ſeq. ὁτι του κοσμου εικοτως αδημονει) Quaeſtionem hanc, quam *non minimam* adpellat, non ſatis diſerte proponit; vel certe ex lacinioſo, & interrupto textu non ſatis elucet. Nobis tamen ſtat ſententia, eam eſſe, an ſolis motu, qui per eius ortum & occaſum fit nobis manifeſtus, adficiantur item aliae mundi partes: ſive utrum coelum cum ſole ſimul circumvolvatur, an quieſcente coelo ſol gradiatur; tum vero an ſuo motu etiam terram impellat. Quod ad primam quaeſtionis partem, nihil certi definiri poſſe ait, cum impoſſibile nobis ſit omnes inſpicere ſolis adparentias; ſiquidem iuxta eius doctrinam, de qua in praecedenti ſcholio verba fecimus, nihil certi pronunciare Phyſiologus poteſt de meteoris, quae prae diſtantia non ſunt noſtris ſenſibus θεωρουμενα. Sic ipſemet ſcribebat *ad Pythocl. apud Laërt.*, cuius verba recitavimus in ſchol. ad Col. VI.

Hinc *Lucret. lib. V. v.* 511:

Principio, magnus coeli ſi vertitur orbis,
Ex utraque polum parti premere aëra nobis
Dicendum eſt, extraque tenere, & claudere utrimque;
Inde alium ſupera fluere, atque intendere eodem,
Quo volvenda micant aeterni ſidera mundi.
. . . . . .
Eſt etiam quoque, uti poſſit coelum omne manere
In ſtatione, tamen cum lucida ſigna ferantur.

Quod vero ad ſecundum quaeſtionis partem, an ſcilicet ſol, & alia coeleſtia corpora motu ſuo etiam tellurem impellant, diſerte negat inferius.



COL. IX

Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA IX.

ἡμων, μη εναντι-
ας ανατολης, και δυσ-
ως βουλομεθα τι συν-
αψαι φασμα τουτοις
εμπεφανενομενον·
εκ του ὑποκειμενου γαρ
ληπτεον φορην τι-
να τῃ διανοιᾳ ἡ-
λιου, και σεληνης προς
ανατολην, και δυσιν·
και ου την αυτην
γιγνομενην απαρ-
τιως φατεον ειναι
καταγε δη το ὑποκει-
μενον· και ετι δεο-
μαι μη προσποιημα
ἑτερωθι μεν

noſtrum, nec cum nobis ortus, & occaſus ſolis videndus occurrat, velimus portentum aliquod ſtudioſe excogitatum ipſis adnectere. E ſubiecto enim concipi mente potest aliqua ſolis, vel lunae motio verſus orientem, & occidentem, non tamen ipſa motio, quae ſuccedit dici potest eſſe ſecundum ſubiectum. Atque adeo rogo, ne quis inventionem, alibi quidem audacem,

SCHOLION IN COL. IX.

Verſ. 3, 4, 5. τι συναψαι φασμα εμπερινενοημενον) Etſi verbum συναπτειν proprie ad exprimendam corporum congruentiam uſurpetur, ad ſpiritales tamen res etiam transfertur. Sic Ariſtoteles *Metaph. VII.* τῳ δε καθολου, και τῳ γενει και αἱ ἰδεαι συναπτουσι· *univerſali autem, & generi etiam ideae conveniunt*. Quid ſit autem per Epicurum συναπτειν Φασμα εμπερινενοημενον, ſi quaeras, idem eſſe aio, ac προσδοξαζειν, quod alibi uſurpavit, cum inquit: το ψευδος εν τῳ προσδοξαζομενῳ αει εστιν. (*Vide ſchol. in Col. VII. v.* 2.) Quod belle Lucretius latine reddidit *adopinari*. *Lib. IV. v.* 814.

Deinde adopinamur de ſignis maxima parvis,
Ac nos in fraudem induimus, fruſtramur & ipſi.

Per Epicurum igitur, cum quis viſo phaenomeno *adopinatur*, h. e. aliquem mentis ſuae conceptum illi adiungit, facile fallitur. Sic in ſubiecta materia, ſi quis, viſo ſole ab ortu ad occaſum pergente, concluderet ab intrinſeca ſolis natura hunc motum procedere.

Verſ. 6. εκ του ὑποκειμενου) Reſpondent haec verba iis, quae habentur in praecedenti Columna. Videſis, quae ibidem adnotavimus ad verſ. 4. ad 8.

Verſ. 7. Φοραν) Quid proprie ſit ἡ Φορα, ſatis diſſeruimus in ſchol. ad Col. I. lib. II. Nunc vides Φοραν dici etiam de aſtrorum motu. Sic in ep. ad Herod. *ſegm.* 76. και μην και εν τοις μετεωροις Φοραν, και τροπην, και εκλειψιν, και ανατολην, και δυσιν . . . δει γενεσθαι· *quin etiam in ſublimibus corporibus motum, & converſionem, & eclipſim, & ortum, & occaſum fieri oportet;* & alibi item.

Verſ. 11. ου την αυτην) Supple Φοραν. Nec enim aliter legendum duxerim. Idcirco autem ait ſolis & lunae motum neutiquam proprie dici poſſe κατα το ὑποκειμενον, *ſecundum ſubiecti naturam*, quia putabat varias reddi poſſe rationes huius adparentiae, ortus ſcilicet, & occaſus, ut habemus in Ep. ad Pytocl. *ſegm.* 92. Ανατολας, και δυσεις ἡλιου, και σεληνης, και των λοιπων αστρων και κατ' ἀναψιν γενεσθαι δυνασθαι, και κατα σβεσιν τοιαυτης ουσης περιστασεως και καθ' ἑτερους τους τοπους, ὡστε τα προειρημενα αποτελεισθαι· ουδεν γαρ των Φαινομενων αντιμαρτυρει. Κατ' εμΦανειαν τε ὑπερ γης, και παλιν επικρυψιν το προειρημενον δυναιτ' αν συντελεισθαι· ουδε γαρ τι των Φαινομενων αντιμαρτυρει. Τας τε κινησεις αυτων ουκ αδυνατον μεν γινεσθαι κατα την του ὁλου ουρανου δινην, η τουτου μεν στασιν, αυτων δε δινην. *Ortus autem, occaſuſque ſolis, & lunae, & ceterorum aſtrorum ex ipſorum adcenſione, & reſtinxione fieri poſſe putandum eſt, cum talis ſit viciſſitudo etiam aliis in locis, quae praedictos effectus producat; nullum enim phaenomenon refragatur: vel per adparitionem ſupra terram, & rurſus occultationem, talia fieri poſſunt; nec enim phaenomenon aliquod refragatur. Ipſorumque motus non eſt impoſſibile fieri propter totius coeli converſionem, vel coelo ſtante ipſos rotare.* Si lubet, vide, quomodo hanc doctrinam ſuis carminibus reddiderit Lucretius *lib. V. v.* 649. *& ſeqq.*

Verſ. 15. και ετι δεομαι, κ. τ. λ) Lacinioſum hoc comma ſic promemodum reſtitui poſſe non abnues, ſi praecedentia, & conſequentia conferes. Vide noſtrum commentarium h. l.



Giu. Casanova dis. Bart. Oraty inc.

COLUMNA X.

ὑ-
πο τινος διαστηματος ὁριζομενης. Οὑτω γαρ ασφαλεστερον ἡ διανοια την μονην τῃ γῃ ληψεται, και συμφανοτερον τοις κατα τας αισθησεις φαινομενοις· πυκνοτητα δε την κατω παρα γην παχειαν αυτην εναντιον της ανωθεν δυνης ειναι προς την ὑπερεισιν του μη φερεσθαι την γην την κατω, ὁταν αναλαμβανει ἡ πυκνοτης πανταχοσε. Οὐθεν γαρ ἡμιν εστι, δι' οὑ περιφορα ἡλιου παντα ενοχλησῃ.

certo quodam intervallo disterminatae. ¶ Enim- CAP. IV. Cur terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur. vero hoc pacto securius mens telluri mansionem convenire adsumet, & congruentius his, quae sensibus adparent; spissitudinem vero, quae inferius secus Terram crassa est, quaeque superiori vortici est opposita, inservire ad fulcimentum, ne terra inferius posita feratur, quamdiu eam recipit spissa materies undique circumfusa. Nulla enim nobis adest ratio, cur Solis circumlatio omnia turbare debeat.

SCHOLION IN COL. X.

V. 1. διαστηματος) Nulli dubium, quin Epicurus διαστημα adpellet magnum intervallum, quod aſtra a tellure diſterminat. Sic adnotat Laërtius in Ep. *ad Pyth. ſegm.* 92. hoc ipſo in libro undecimo ſcripſiſſe: ει γαρ (ηλιος) το μεγεθος δια το διαστημα αποβεβληκει, πολλῳ αν μαλλον την χροαν· αλλο γαρ τουτῳ συμμετρωτερον διαστημα ουθεν εστι. *Si enim* (ſol) *propter diſtantiam magnitudinem amitteret, multo magis colorem: nullum eſt enim aliud intervallum huic rei magis congruum.*

V. 2. Ορiζομενης) Haec μετοχη procul dubio reſpicit praecedentem vocem τη . γη, quae in lacuna iacet. Vide Commentarium h. l.

V. 5. τη γη) Hiſce voculis implendam lacunam remur; adſcriptum enim *iota*, ut vides, non niſi dandi caſum deſignat.

V. 6. συμφωνοτερον κ. τ. λ.) Sollemnis Epicuri formula. Sic *ad Pyth. ſegm.* 86. ὁσα μοναχην εχει τοις φαινομενοις συμφωνιαν· *quaecumque cum phaenomenis ſingularem habent congruentiam.* Et *ſegm.* 93. ſic ſtatuit: παντα γαρ τα τοιαυτα, και τα τουτοις συγγενη ουθεν των εναργηματων διαφωνει, εαν τις αει εφι των τοιουτων μερων εχομενος του δυνατου εις το συμφωνον τοις φαινομενοις ἑκαστον τουτων δυνηται απαγειν, μη φοβουμενος τας ανδραποδωσεις των αστρολογων τεχνητειας. *Cuncta enim talia, & his ſimilia nihil a rerum evidentia diſcrepant, dummodo quis in hiſce rebus poſſibilitati adhaerens, revocare valeat horum ſingula ad id, quod phaenomenis conſonat, nihil veritus ſervilia aſtrologorum machinamenta.*

V. 9. πυκνοτητα) Iam in ſcholio ad *Col. I.* obſervavimus, Epicurum docuiſſe circa terram poſita repagula quaedam, quae ibi adpellat φραγμους συναπτομενους, & mox Col. XII αερων ὑπερεισεις. Heic eamdem doctrinam inculcat, & hiſce aëriis repagulis terram ita contineri, ut a ſuperiori minime impellatur. Diſtinguebat autem duplex aëris genus, rarum & leve unum ſuperius, craſſius alterum inferius. Videſis Lucretium *lib. V.* v. 468, 551, & alibi. Et quidem duplicem hanc aëris qualitatem non unus Epicurus adſtruxit. Seneca *Quaeſt. Natur. lib. II. c.* 10. ſic habet: *Permeat ab aethere lucidiſſimo aër in terram uſque diffuſus, agilior quidem, tenuiorque, & altior terris, nec minus aquis; ceterum aethere ſpiſſior, graviorque . . . . . Summa pars eius eſt ſicciſſima, calidiſſimaque, & ob hoc etiam tenuiſſima propter viciniam aeternorum ignium, & illos tot motus ſiderum, adſiduumque coeli circumactum. Illa pars ima, & vicina terris denſa, & caliginoſa eſt, quia terrenas exhalationes receptat.* Vide etiam Plotin. ſi lubet, *Ennead. II. lib. I. cap.* 6, *& ſeqq.* Epicurus itaque heic πυκνοτητα adpellat, quod ad *Pythoclem ſegm.* 104. την περιξ του αερος πιλησιν *ambientis aëris denſitatem* adpellavit. Huic autem denſitati aëris, qui terram ambit, tribui poſſe autumat eius ſtabilitatem. Quod & in *Ep. ad Pythocl. ſegm.* 112. ſcripſit: δινην αερος εγκυκλον αυτων προεσταναι, ἡ κωλυτικη γινεται του περιφολειν· *aëris vorticem in gyrum ipſis opponi, qui impedit, ne circumvolvatur.*

V. 10. την κατω παρα γην παχειαν κ. τ. λ.) Ex antecedentibus, ni fallor, ſponte fluit haec diſciſſi commatis lectio. Παχειαν vero πυκνοτητα, h. e. *Craſſiorem aërem* circa terram ab Epicuro ſuiſſe adſtructum, teſtis eſt Lucret. qui *lib. V*, v. 695 ſic ait:

Aut quia craſſior eſt certis in partibus aër.

V. 13, 14 ὑπερεισιν) Sic reſtituendam eſſe capite truncam vocem nemo ambiget, cum eam recurrentem viderit in ſequenti Columna XII. v. 15, 16.

V. 18. Ουθεν γαρ ἡμιν εστι κ. τ. λ.) Conſonat Epicuro Plotinus, qui Ennead. II. *lib. I. cap.* 6. ſcripſit: συμπεριαγειν δε την ταχιστην Φοραν (ἡλιου) γεηρα σωματα ου πιθανον ειναι: *quod celerrimo ſolis motu etiam terrena corpora circumferantur, probabile non eſſe.*



COL. XI

Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA XI.

δεησεσθαι· πανταχο-
θεν γαρ ισον απεχου-
σαν ουθαμη ριπτειν
δυνησεσθαι. Ο γαρ υ-
πο της του αερος φυσε-
ως αυτη υπαρχει, το-
δε πανταχοθεν ομοι-
οστελλομενην ισον
διεχειν απο του ουρα-
νου πανταχοσε. Τι δε
κωλυει τοιαυτην πο-
τε εν μεσω κεισθαι του
κοσμου, οπερ ουκ αδυ-
ματον ειναι; Και τοι και
ουκ ην τουτο ατοπον
της μονης αιτιον, βε-
βαιου τοπου το πα-
ρασκευασικον. Την
γαρ ισοτητα, η το ομ-
οιοστοιον παντα-
σε δερμα.....

fore ut indigeat; quum enim unde unde aeque diſtans ſit, *concipere debemus* nullatenus futurum, ut decidere poſſit. Quod enim ex aërea natura ipſi adeſt, hoc *reputandum* eſt illam undecumque pariter amictam aeque diſtermi-nare a coelo quoquover-ſum. Quid autem vetat *opinari* talem aliquando in medio iacuiſſe mundo; quandoquidem id impoſſi-bile non eſſe *cognoſcimus*? Et vero non eſſet haec abſurda manſionis cauſa, ſtabilis nempe loci prae-paratio. Aequalitatem e-nim, ſive tegumentum, quo undecumque amicitur

SCHOLION IN COL. XI.

V. 1. δεησεσθαι) In praecedentibus verbis, quae in lacuna iacent, & e quibus hic infinitivus regi debet, id contineri autumo, quod tellus in medio posita nullo fulcimento indigeat. (Vide nostrum Commentarium h. l.) Adversatur autem Epicurus Physicorum nonnullis, qui terram basi aliqua, vel fulcro substentari adseruerunt. Sic teste Plutarcho *de Placit. Philos. lib. III cap. XI.* : Ξενοφανης πρωτην (την γην) εις απειρον ερριζωσθαι. *Xenophanes primam* (*inter mundana corpora tellurem*) *in infinitum radicatam esse putavit*. Quod item Auctor *Hist. Philos.* quae Galeno inscribitur *cap.* 21.; & Eusebius *Praepar. Evang. cap.* 57. referunt. Aristoteles vero *de Coelo lib. II. cap.* 13. post relatam hanc Xenophanis opinionem subdit: οι δε εφ' υδατος κεισθαι· τουτον γαρ αρχαιοτατον παρειληφαμεν τον λογον, ον φασιν ειπειν τον Θαλητα τον Μιλησιον, ως δια το πλωτην ειναι μενουσαν, ωσπερ ξυλον, η τοι τοιουτον ετερον· και γαρ τουτων επ' αερος μεν ουθεν πεφυκε μενειν, αλλ' εφ' υδατος. *Alii vero super aquam iacere putarunt: hunc enim antiquissimum adcepimus sermonem, quem dixisse ferunt Thaletem Milesium, utpote quae, quum natura sit natatilis, maneat tamquam lignum, vel aliud huiusmodi; horum enim nullum natura sua super aërem manet, sed super aquam.*

Ibid., & seq. πανταχοθεν γαρ ισον απεχουσαν) Quum antea *Col. I.* statuisset terram εν μεσω, και προς του κεντρου περιεχοντος του παντος, *in medio, & ad centrum universi circumpositi*; iure heic adsumit esse *undique aequidistantem*. Etenim per Geometras ισαι εισιν αι γραμμαι απο του κεντρου εις την περιφερειαν. Et quoniam haec hypothesis est suae opinionis fundamentum; hinc paullo infra v. 10. & *seq.* subdit: Τι δε απερει τοιαυτην ποτε εν μεσω κεισθαι του κοσμου, οπερ ουκ αδυνατον ειναι; Ceterum non unus Epicurus, sed etiam Anaximander, teste Aristotele, terrae stabilitatem ab aequidistantia repetebat: sic enim citato *lib. II. de Coelo*, *cap.* 13.: εισι δε τινες, οι δια την ομοιοτητα, ωσπερ των Αρχαιων Αναξιμανδρος· μαλλον γαρ ουθεν ανω, η κατω, η εις τα πλαγια φερεσθαι προσηκει το εφι του μεσου ιδρυμενον, και ομοιως προς τα εσχατα εχον· αμα δε αδυνατον εις ταναντια ποιεισθαι την κινησιν, ωστ' εξ αναγκης μενειν. *Sunt autem quidam, qui propter aequalem distantiam* (terram manere opinantur); *quemadmodum inter veteres Anaximander. Nihilo enim magis sursum, quam deorsum, vel ad latera ferri convenit id, quod in medio collocatum est, & similem proportionem servat ad extrema: simulque impossibile est in contrarias partes fieri motum: quare necesse est, ut maneat.* Et paullo post: δια την αναγκην μενει (η γη), την της ομοιοτητος, ωσπερ ο λογος . . . . . περι του διψωντος, και πεινοντος σφοδρα μεν, ομοιως δε των εδωδιμων, και των ποτων ισον απεχοντος· και γαρ αυτον ηρεμειν αναγγαιον· *ob necessitatem terra manet, necessitatem scilicet, quae a simili distantia oritur: quemadmodum dicitur . . . . . de homine, qui sitim, & famem vehementer quidem patitur, sed similiter ab esculentis, & poculentis aeque distat; tunc enim ipse quiescat, oportet.*

Vers. 3. ερειπειν) Sic legendum, nemo fortasse inficiabitur, etsi in pene omnibus vulgatis lexicis hoc verbum non recensetur, sed tantum ερειπω, & ερειποω. Etymologicus M. autem inter poëticas voces, adnumerat ερειπειν, cui tamen Didymus ab ipso citatus non suffragatur; & Epicurus hoc loco aperte refragatur. Satius igitur est Suidam audire, qui sic habet: ερειπω βαρυτονως, καταβαλλω, διαφθειρω, ερειπειν περισπωμενως, καταπεσειν· h. e. ερειπω *cum gravi*, *deiicio*, *corrumpo*: ερειπειν *cum circumflexo*, *decidere*. Hesychius item ερειπειν reddit καταπεσειν. Et quidem hac ipsa neutra significatione heic adcipiendum esse satis patet: imo vero sic adcepisse Lucretius videtur, cum ait *lib. I.* v. 1061

. . . . . *in loca coeli*
Decidere inferiora magis . . . . . .

Vers. 7, 8. ομοιοστελλομενην) Sic lego, quoniam breve spatiolum non capit ομοιως στελλομενην. Etsi enim in lexicis huiusmodi compositum non occurrat, graeci sermonis periti non respuent; quandoquidem habent ομοιοκαρπεω, ομοιοπατεω, & his similia. Heic autem στελλω idem valet, ac ευτρεπιζω, κοσμεω, *bene instruo*, *exorno*, ut interpetratur Etymolog. M. vel pressius στολιζω, *amicio*, ut Hesychius. Ne autem putes cum lexicographis poëticam potius, quam prosaicam hanc esse loquutionem: vadem damus ipsum Epicurum, qui ad Herodot. sic scribebat *segm.* 42. ειτε γαρ ην το κενον απειρον, τα δε σωματα ωρισμενα, ουδαμου αν εμενε τα σωματα, αλλ' εφερετο κατα το απειρον κενον διεσπαρμενα, ουκ εχοντα τα υπερειδοντα, και στελλοντα κατα τας αντικοπας· quae verba, omissis

omiſſis non ſat adcuratis interpretationibus, ſic reddenda opinamur: *ſive enim eſſet vacuum infinitum, corpora vero finita, nuſquam corpora conſiſtere poſſent, ſed ferrentur per infinitum vacuum diſperſa, quippe quae non haberent, a quibus fulcirentur, ac tegerentur ſecundum varios impulſus.*

Verſ. 9. απο του ουρανου) Minime audax ſupplementum dixeris, ſi totam ſententiam ſpectes, itemque memineris, terram per Epicurum eſſe

Partibus aëriis mundi, coeloque revinctam,

ut cecinit Lucret. *lib. V. v.* 554.

Verſ. 19. ὁμοιοστολον) E ſuperiori ὁμοιοστελλειν ſponte fluit ὁμοιοστολος, nec reſpuit ſententia: utere, ſi lubet: nobis certe nil melius ſuppetit.

Verſ. 21. δερμα) Levi admodum unius litterulae indicio hanc vocem hariolando adſtruximus, quae adiunctivum illud ὁμοιοστολον ſubſtineret. Etſi enim δερμα, ut docet Euſtathius eſt το ἁπλως εκδερομενον, & pro animalium corio proprie ſumatur; Etymologicus tamen etiam de humana pelle dici adfirmat παρα το τερμα ειναι του σωματος, ὁ εστι πληρωμα, *propterea quod ſit corporis terminus, hoc eſt complementum.* Quod ſi ita eſt, quis neget metaphorice dici poſſe de quovis involucro, ſive tegumento, quemadmodum & Latini *corium* uſurparunr? Videant Grammatici.



COL. XII

Giu. Casanova dis. Bart. Oratij inc.

COLUMNA XII.

σοφωτερ-
ον ην τουτο ειπειν
αιτιον ειναι, την δη
ισοτητα· ειπερ αυτο
ποτε το μενειν αυ-
την εν τω μεσω του
κοσμου αιτιον εστιν
του μενειν, και αιθερι
χαλασθαι, ὡς ουδ'εξ επιρ-
ροων ἑλκεται. Η τι ἑλκειν
ουν απεστι δι' αναλο-
γον ροον, τοι τας ου-
τω συμφωνων πο-
τε ταυτων αερων ὑ-
περεισεις πεποιηκο-
τα· η δια τας των προσ-
πιπτομενων αλλοι-
οτητας, ὡς αν και τ' α-
πο τυπους ορθως εξα-
χθωσιν. Ὁτε δ' ενδεχεται ἑ-
τερον τουτων ειναι

sapientius foret dicere hanc esse causam, nempe aequalitatem; siquidem hoc ipsum, quod aliquando illa manserit in medio mundo causa est, cur maneat, atque aëre velut adgere cingatur ita, ut neque ex influentibus evertatur. Aut igitur eversio abest propter consentaneum fluxum, qui ex aëriis particulis tam apte congruentibus fulcimenta comparavit, aut propter incurrentium corporum diversitates, quapropter etiam percussiones facile possint repelli. Cum autem alterum horum admittitur esse

SCHOLION IN COL. XII.

Verſ. 1. σοφωτερον) Sic truncam vocem reſtituo. E praecedentibus enim, & ſequentibus ſatis conſtat eam opinionem ſapientiorem duxiſſe Epicurum, quae terrae ſtabilitatem απο της ισοτητος *ab aequalitate* repeteret; etſi ceteras iuxta ſuam philoſophandi rationem minime improbaret. Et quidem haec eadem opinio Platoni ſedit in Phaedone p. 108: cuius verba operae pretium eſt adſcribere, ut clarius Noſtri mens pateat. Ait igitur: πεπεισμαι τοινυν, ὡς πρωτον μεν, ει εστιν εν μεσῳ τῳ ουρανῳ περιφερης ουσα, μηδεν αυτη δειν, μητε αερος προς το μη πεσειν, μητε αλλης αναγκης μηδεμιας τοιαυτης· αλλα ἱκανην γε ειναι αυτην ισχειν την ὁμοιοτητα του ουρανου αυτου ἑαυτῳ παντη, και της γης αυτης το ισορροπον· ισορροπον γαρ πραγμα ὁμοιου τινος εν μεσῳ τεθεν ουχ ἑξει μαλλον, ουδ' ἡττον ουδαμοσε κλιθηναι· ὁμοιως δ' ἐχον ακλινες μενει. *Primum quidem hoc mihi perſuaſi, quod ſi rotunda terra eſt in medio coelo, nullius rei ipſa indigeat, quominus cadat, neque aëris, neque alius neceſſarii eiuſmodi fulcimenti; ſed ſufficiens eſt ad ipſam continendam tum ſimilitudo coeli, quod quaquaverſum ſibimet ſimile eſt, tum terrae ipſius aequilibrium. Res enim aequilibris in medio alterius ubicumque ſimilis poſita non habebit, quo magis, vel minus inclinet, ſed ſimiliter ſe habens in nullam inclinando partem manet.* Quo in loco animadvertere eſt Epicurum uno verbo ισοτητι complexum eſſe, quod Plato latius dixit ὁμοιοτητα του ουρανου, και ισορροπον της γης; imo etiam quid amplius. Etenim patet per *aequalitatem* ισοτητα, tum terrae aequilibrium, tum aequalem aeris amictum, tum vero aequidiſtantiam a coelo, tum denique coeli ipſius uniformitatem, intellexiſſe.

Verſ. 3. ειπερ αυτο ποτε το μενειν αυτην κ. τ. λ.) Ut Epicuri mentem, & noſtram lectionem adſequaris, en quomodo eius argumentatio procedit. Cum terra ex ante dictis ſit rotunda; ſi detur aliquando in medio Univerſi conſtitiſſe; haec utique ratio eſt, cur eius ſtatio debeat eſſe perpetua. Cum enim ibi poſita aeque diſtet a coelo, & aeque aëre ambiatur, in aequilibrio erit, & nullo pacto fieri poterit, ut quoquoverſum inclinet. Atque id quidem eſt, quod modo in ſuperiori columna dixit: ουκ ην ατοπον της μονης αιτιον βαιβαιου τοπου παρασκευαστικον. Et re quidem vera teſtatur Ariſtoteles *de Coelo lib. II. c.* 13. univerſos philoſophos, qui terram in mundi centro conſtituebant, rotundam eidem figuram adſignaſſe; ex hac enim figura, per quam a coelo aequidiſtaret, eius ſtabilitatis neceſſitatem repetiviſſe: ετι προστιθεασι, και φασι δια την ὁμοιαν αναγκην το σχημα τουτ' ἐχειν ταυτην. Ipſe vero in ſequenti capite hanc de ſuo rationem addit: προς δε τουτοις δηλον εκ των ειρημενων το αιτιον της μονης. Ει γαρ φυσει πεφυκε φερεσθαι προς το μεσον παντοθεν, ὡσπερ φαινεται, και το πυρ παλιν απο του μεσου προς το εσχατον, αδυνατον ενεχθηναι ὁτιουν μοριον αυτης απο του μεσου, μη βιασθεν. . . Ει τοινυν ὁτιουν μοριον αδυνατον ενεχθηναι απο του μεσου, φανερον, ὁτι και την ὁλην ετι αδυνατωτερον· εις ὁ γαρ το μοριον πεφυκε φερεσθαι, και το ὁλον ενταυθα πεφυκε· ὡστ' ει αδυνατον κινηθηναι μη ὑπο κρειττονος ισχυος, αναγκαιον αν ειη μενειν αυτην επι του μεσου· *Praeterea patet ex iam dictis cauſa ſtabilitatis. Si enim natura ſua ſit, ut undique ad medium feratur, ut manifeſtum eſt, & ignis contra a medio ad extremum; impoſſibile eſt, ut quaecumque eius particula ſine violentia e medio efferatur . . . Si ergo quamvis particulam impoſſibile eſt a medio efferri, patet, quod magis impoſſibile ſit efferri totam: quo enim particula ferri debet, eodem & totum. Itaque ſi impoſſibile eſt ipſam moveri ſine maiori vi, neceſſe erit, ut maneat in medio.*

Verſ. 7. & ſeq. αιθερι χουσθαι κ. τ. λ.) Dilaniatum hoc comma, e quo, ut vides, vix pauca diſcerpta ſuperſunt elementa, reſtituere hariolando adniſi ſumus. Utere, ſi lubet. Sententia certe procedit.

Etſi autem χοω, vel χοννυω proprie *terram adgerere* ſignificet, putaverim tamen recte ad quamcumque adgeſtionem notandam transferri poſſe, dummodo, ut heic, deſignetur, unde adgeſtio fiat; non ſecus, ac apud Latinos *adgerere* proprie dicitur de terrae coacervatione; Plautus tamen *Rud.* 2. 5. 37. *adgerunda eſt aqua* dicere non dubitavit. Epicurus vero, ut huc uſque audivimus, aëre ita obvolutam tellurem reputavit, ut ipſi tamquam repagulo foret; & paullo infra aperte habemus αερων ὑπερεισεις. Quapropter fidus interpres Lucret. *lib. V.* v. 468. cecinit:

Sic igitur tum ſe levis, & diffuſilis aether
Corpore concreto circumdatus undique ſepſit,
Et late diffuſus in omneis undique parteis
Omnia ſic avido complexu cetera ſepſit.

Putabat

Putabat enim Noſter aërem nil aliud eſſe, niſi ſubtiliores terrae partes, quae primitus ex ipſius poris erumpentes in altum adſcenderunt. Sic idem Lucret. *h. lib. v.* 458.

. . . . . per rara foramina terrae
Partibus erumpens primus ſe ſuſtulit aether
Signifer, & multos ſecum levis abſtulit igneis.

Et quidem Plutarchus *de Placit. Philoſoph. l.* 4. ait: εκ μεν των υποκαθιζοντων εγεννηθη ἡ γη, εκ δε των μετεωριζομενων . . . αηρ· *ex ſubſidentibus quidem corporibus genita eſt tellus, ex elatis vero in ſublime . . . aër.* In quem locum rectiſſime ſic animadvertit Eduardus Corſinius: *Quamvis haec univerſi formatio nulli philoſopho nitide, diſtincteque a Plutarcho tribuatur, Epicuro tamen, ceteriſque atomorum fautoribus adſcribi debet.*

Verſ. 8. ὡς ουδ' εξ επιρροων ἑλεσθαι) Si lectionem probas, parallela erit Senecae phraſis *Quaeſt. Natur. II.* 45: *ut mundus inconcuſſus eat.*

Verſ. 10. δι' αναλογον ροον) Sic legendum videtur. Ροον enim adpellavit continentem idolorum ſeriem, quae in oculos incurrit *lib. II. Col. IV. v.* 13., & *Col. VII. v.* 13. cur non aëris *fluxum diceret?* Αναλογον autem vocat, qui undique terram ingruat, & aeque premat ſingulas partes ea proportione, ut nullatenus impellere queat, imo potius fulcimento ſit, ne aliquo inclinet; atque adeo efficiat, quas heic adpellat των συμφωνων αερων ὑπερεισεις, & *Col. I.* παρα γη φραγμους συναπτομενους.

Verſ. 13. 14. ὑπερεισεις) In ſuperiori Scholio in *Col. XI.* ad *v.* 7. Epicuri verba recitavimus, queis σωματα ὑπερειδοντα, και στελλοντα, *corpora fulcientia, & tegentia* nuncupabat. Huius igitur naturae eſt aër. Propterea ibi terram aëre amictam, στελλομενην dixit, heic vero των αερων ὑπερεισεις comminiſcitur. Etenim ſolum το κενον *fulcimentum praeſtare non poſſe* aiebat ad Herod. *ſegm.* 44. ἡ κενου φυτις . . . . την ὑπερεισιν ουχ οἱα τε ουσα ποιεισθαι.

Verſ. 15. 16. των προσηλαμενων αλλοιοτητας) Corpora προσηλαμενα procul dubio intelligit ſolem, lunam, & reliqua aſtra, quorum motu, & converſione terra poſſet adfici: verum nihil inde timendum eſſe putat δια τας αλλοιοτητας, nempe quia diverſi ſunt generis ea corpora: cuius argumenti rationem reddit Col. ſequenti.

Verſ. 19. ενδεχεται) Tritum eſt huiuſmodi verbum apud Noſtrum. Conſule ſis eius Epiſtolam *ad Pyth.* ubi, cum de diverſis modis, quibus explicari poſſe putat ſublimium corporum phaenomena, paſſim hoc verbo utitur. e. g. *ſegm.* 105. σεισμους ενδεχεται γινεσθαι και κατα πνευματος εκ τη γη απολημψιν, και παρα μικρους ογκους αυτης παραθεσιν, κ. τ. λ. *terraemotus admitti poteſt fieri vel per ſpiritus intercluſionem in terra, & per diſcurſionem praeter parvos eius tumores &c.*



COL. XIII

Giu. Casanova dis. Bart. Oraty inc.

COLUMNA XIII.

Παντα γαρ τιθεμενα παρ' αλλοτριον αυτων συναφες ειδος διεφθαρται· ὁπερ και περι ενοδων επι Φοραν ειδωλων μεν εφην εν αυτη τη βιβλῳ βητα. Ὁ ἡμιν περι της εξαρχης ὑποθεσεως ειρησθαι εδει. Εν δε τοις εχομενοις και περι των μετεωρων τουτων ετι προσεκτικως ερουμεν.

Cuncta enim, cum posita sunt iuxta contiguam speciem naturae a se alienae, corrumpuntur: quod & de expeditis ad motum simulacris dixi in ipso secundo libro. Quod nobis primum de proposita quaestione dicendum erat. In sequentibus autem de huiusmodi quoque meteoris adcuratius dicemus.

SCHOLION IN COL. XIII.

Verſ. 1. παντα κ. τ. λ.) Rationem heic reddit Noſter, cur abſurdus non ſit, qui putet coeleſtia corpora idcirco terram impellere non poſſe, quia diverſae ſint naturae. *Cuncta enim*, ait, *cùm poſita ſunt iuxta aliquid a ſe alienum, corrumpuntur*, id eſt *propriam virtutem amittunt*. Hoc autem dogma, quod ſe expoſuiſſe dicit in *lib.* 2. cum de expedito idolorum motu diſſereret, nec ibi, nec alibi invenimus. Exploratum tamen eſt, Epicureos triplicem tum generationis, tum corruptionis cauſſam adſtruxiſſe, nempe κατα μεταθεσιν, *propter tranſpoſitionem*; κατ' αφοδον, vel ut *Sex. Empir.* κατ' αφαιρεσιν, *propter abſceſſionem*, ſive *ablationem*; κατα προσοδον, vel ut *Empir.* κατα προσθεσιν, *propter adceſſum, ſive additionem*: quae tria ſic carmine reddidit Lucretius *lib. I. v.* 677.

Sunt, quae conſervant naturam ſemper eamdem,
Quorum abitu, aut aditu, mutatoque ordine mutant
Naturam res, & convertunt corpora ſeſe.

Vide Gaſſendum, ſi lubet, cap. *de Ortu, & Interitu pag.* 206. Ceterum Epicuri ſententiam, quam prae manibus habemus, fere κατα λεξιν ſic reddit idem Lucretius *lib. cit. v.* 671:

Nam quodcumque ſuis mutatum finibus exit,
Continuo hoc mors eſt illius, quod fuit ante.

Et preſſius in eamdem Magiſtri ſententiam cecinit *lib. VI. v.* 1117:

Proinde ubi ſe coelum, quod nobis forte ALIENUM eſt,
Commovet, atque aër inimicus ſerpere coepit;
Ut nebula, ac nubes paullatim repit, & omne,
Qua graditur, conturbat, & immutare coarctat.
Fit quoque, ut in noſtrum cum venit denique coelum
CONRUMPAT, reddatque ſui ſimile, atque ALIENUM.

Verſ. 3. συναφες) Uſitatum ab Epicuro verbum, ut *complexionem* exprimat. Sic ad Pythocl. *ſegm.* 85. μετεωρων, ειτε κατα συναφην λεγομενων, ειτε αυτοτελως· *ſublimium, de quibus ſive per complexum dicatur, ſive abſolute*. Inter alios autem libros unum περι αφης, *de contactu*, Noſtrum ſcripſiſſe teſtis eſt Laërtius *ſegm.* 28. *lib. X.* Videſis Gaſſendum in *h. l.*

Verſ. 5. ευοδων επι φοραν) De idolorum φορᾳ, & celeritate ſatis quidem ſuperque diſputavit Noſter in citato lib. Βητᾳ, in quem non pauca adnotavimus: huiuſmodi tamen ſententiam in illis reliquiis non invenimus. Nihilominus, cum ibidem Ipſe profiteatur περι διαλυσεως, *de diſſolutione* corporum diſſeruiſſe (vide *Col. X.*); admodum veriſimile eſt, inibi eam doctrinam explicuiſſe. Etſi enim putabat diſſolutione corpora interire, aliquid tamen eorum ſemper ſubſiſtere aiebat, quod perire non poſſet, atomos ſcilicet: ſic ad Herod. *ſegm.* 54. δει τι υπομενειν εν ταις διαλυσεσι των συγκρισεων· *in diſſolutionibus concretionum aliquid permaneat oportet*. Quare Lucretius cecinit:

Proinde aliquid ſuperare neceſſe eſt incolume olli,
Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes.

Vide etiam, quae in citata *Col. X.* recitavimus. Hinc concludes opportunum illum fuiſſe locum, quo ſententiam ſuam de corruptione per contactum alienorum corporum explicaret; & proinde heic legendum βιβλῳ βητᾳ, ut adpinximus, non vero θητᾳ, vel Ζητᾳ, quod lacuna aeque caperet.

Verſ. 8, 9. περι της εξαρχης υποθεσεως) Quaenam fuerit huiuſce undecimi libri υποθεσις, videſis in ſequenti Commentario.

Verſ. 10. εν δε τοις εχομενοις) Hac clauſula ſollemne erat veteribus libro finem imponere, cum argumenti tractatio nondum eſſet abſoluta, & in ſequentes reiiceretur. Sic, ut a tritis excedamus, in Chryſippi fragmentis, quae prae manibus habemus, clauditur liber: ῥηθησεται δ' ετι περι τουτων και εν τοις εχομενοις. *Dicetur amplius de his etiam in ſequentibus*.

Verſ. 11. περι των μετεωρων τουτων) Hinc profecto diſcimus etiam inſequentis libri XII. argumentum fuiſſe τα μετεωρα; quorum adpellatione non modo, quae in aëre conſpicua fiunt intellexit, ſed etiam quidquid ſupra nos in coelo ſuſpicitur, aſtra nempe, eorumque phaenomena; ut patet ex tota Epiſtola ad *Pythocl.* quae περι των μετεωρων inſcribitur; & iamdiu Gaſſendus, & Menagius animadverterunt. Et quidem Laërtius

tius *Lib. X. ſegm.* 96. teſtis eſt in ipſo *lib. XII.* de Solis, Lunaeqüe eclipſibus Noſtrum diſputaſſe. Cum igitur notum ſit veteres aſtrorum ope tempora metiri ſolitos fuiſſe (vid. Sex. Empir. *Pyrrhon. hypoth. III. ſeg.* 136. *Adverſ. Phyſic. II.* 176. Plutarchum *de Placitis Philoſoph. I. cap.* 21, & 22.), nec non per eorum eclipſis (vid. Laërt. *in Prooem. ſegm.* 2); hinc in *Cap. IV.* noſtri Commentarii ad *lib. II.* coniectavimus eodem in *lib.* IB, XII de tempore ipſum differuiſſe, non vero in *lib.* B, ut in vulgatis Laërtii habetur.

COMMENTARIVS

IN CAPUT I.

Cur, et quomodo Terra in medio Mundo sit posita.

IN undecimo περι Φυσεως libro de Meteoris Epicurum pertractasse ex Laërtio didicerāmus. Hic enim, cum eius epistolam ad Pythoclem recitaret, quam περι των μετεωρων inscripsit, *segm.* 91. ubi de solis, aliorumque siderum magnitudine disputatur, sic adnotavit: Τουτο και εν τη ενδεκατη περι Φυσεως λεγει· ει γαρ (φησι) το μεγεθος δια το διαστημα αποβεβληκει, πολλω αν μαλλον την χροην· αλλο γαρ τουτω συμμετροτερον διαστημα ουθεν εστιν. *Hoc etiam in undecimo de Natura habet: Si enim ait*, sidera *magnitudinem propter distantiam amiserunt, multo magis colorem amittere debuissent; non enim alia est distantia, quae ad hunc effectum sit adcommodatior*. Nunc autem minime falsum enarratorem Laërtium fuisse agnoscimus, cum liber ipse ad nostras tandem venerit manus, qui *de meteoris* procul dubio differit, ut ipsemet Auctor in libri calce testatur; etsi recitata a Laërtio verba non deprehendimus. Exiguum enim libri frustulum nobis legendum operae praebuerunt, ut ab initio monuimus: in quo nec de astrorum motu, nec de magnitudine, nec de universis ipsorum phaenomenis verbum ullum: vix enim illum de telluris situ, eiusque stabilitate loquentem nacti sumus. Ex fragmentis tamen de illis verba feciſſe interlucet. Quare pronum est colligere, ipsum de universo astrorum systemate prius disputasse, mox, quasi adpendicis loco, ad telluris situm designandum deveniſſe; ubi cur ipsa ab illorum rotatione minime impellatur, more suo inquirit. Hanc profecto methodum tenet eius fidissimus interpres Carus, cum huiusmodi quaestiones pertractat. Libro enim V. *v.* 510 incipit:

Motibus astrorum nunc, quae sit causa, canamus.

Paullo autem infra *v.* 535 sic procedit:

Terraque ut in media mundi regione quiescat cet.

Hoc item pacto Noster in his, quae supersunt, paginis ad terram in mundi medio stabiliendam adcedit. Cum itaque inter loquendum deprehendissemus, hanc, quam adscribimus, sententiam ex interrupto passim sermone expiscari quivimus.

Quo autem, optime Lector, probare valeas, an pauca illa, quae de nostro adlevimus ad consarciendas invicem paginas, quae omnes inferius sunt plus minus exesae; nosse iuverit in illarum singulis vigintiquatuor versus esse numerandos. Id nobis innotuit ex collatione alius Epicuri voluminis (quod συν θεω propediem dabimus) in quo, cum plures integras pagellas habeamus, quantus sit scripturae modulus, palam est. Hinc quot versus in singulis huiusce columnis desiderantur, facile dignosces.

„ Infra subter ipsius pedes descendisse adparet. Itaque idem astrum, quod prius su- *Col. I.*
„ pra caput adspicientis in parte opposita videbatur, postmodum, si spectator superius
„ adscenderit, sub suis pedibus positum despiciet. Hoc posito igitur dico terram figura
„ incurvam in locorum medio positam esse, h. e. in circumstantis Universi centro, quod
„ illam versus tum superius, cum inferius incurvatur; itemque alia sepimenta, quae
„ circa illam sunt, in eamdem formam esse connexa: atque adeo hoc pacto mundum quasi
„ rotundum servari, & terram in eius medio consistere; ut omnia ad membrorum
„ instar unde unde in communem formam conspirent. *Dico autem rursus sepimenta illa,*
„ *quae circa terram sunt posita, aëriformis esse materiae* simul conspirantis, cuius ope quasi *Col. II.*
„ moenia in gyro constituta sunt, ne a circumeuntium astrorum vortice abripiamur.
„ Etenim si tellus externo impulsu circumferretur, & proinde nobis omnibus caput per-
„ petuo circumiret; utique phaenomenon *istud neminem nostrum lateret. Fortasse etiam*
„ *fieri posset, ut ipse suamet vi externis impulsibus resisteret*; verum non adhuc explora-
„ tis, quae in terra sunt, viribus, impossibile quidem est illas, veluti causas adsignare.
„ Ad haec arbitror aeque frustra laborare, *qui terram rotare adstruunt propter motum pri-*
„ *migeniis corporibus insitum; videri autem nobis immobilem, quia constanti & insensibili mo-*
„ *tu circumvolvatur. Non enim*, si verum fateamur, concipi potest in subiectis corpori- *Col. III.*
„ bus huiusmodi constans vicissitudo; quoniam, etsi motus illis insitus perpetuus sit, cum

„ tamen habeant talem ſibi complexam aedificationis molem, *impoſſibile eſt motum illum*
„ *explicari*.

Heic filum abrumpitur ob ingentem lacunam: deinde ſic ſequitur:

Col. V. „ *Etenim, cum ſol nobis* oriens alicubi adparet, ſi retro in quamcumque telluris par-
„ tem tendamus, ex eo, quo vadimus loco, nobis occidere videtur; etſi non magnum
„ telluris tractum emenſi fuerimus. Ibidem tamen non eaſdem adamuſſim obliquitates
„ conſpicere nobis licet. Cum enim regula hinc vel illinc convertitur, diverſa nobis or-
„ tus, & occaſus puncta oſtendit.

IN CAPUT II.

Quomodo Physiologus de Meteoris iudicare debeat.

Inter Epicuri axiomata illud profecto fuit, alia ſcilicet ratione de iis, quae noſtris ſnbiacent ſenſibus, alia de illis, quae in ſublimi adparent, eſſe philoſophandum. In hiſce autem explicandis, quomodo ſe continere debeat phyſiologus, ſic Pythoclem docebat apud Laërt. *ſegm.* 86. μητε το αδυνατον παραβιαζεσθαι, μητε ὁμοιαν κατα παντα την θεωριαν εχειν ἡ τοις περι βιον λογοις, ἡ τοις κατα την των αλλων Φυσικων προβλημαων καθαρσιν . . . . . ὁπερ επι των μετεωρων ουχ ὑπαρχει, αλλα ταυτα γε πλεοναχην εχει και της γενεσεως αιτιαν, και της ουσιας ταις αισθησεσι συμφωνον κατεγοριαν· ου γαρ κατ' αξιωματα κενα, και νομοθεσιαν φυσιολογητεον, αλλ' ὡς τα Φαινομενα εκκαλειται . . . . . Παντα μεν ουν γινεται ασιστως κατα πλεοναχον τροπον εκκαθαιρομενα συμφωνως τοις Φαινομενοις, ὁταν τις το πυθανολογουμενον ὑπερ αυτων δεοντως καταλιπῃ, ὁταν δε τις το μεν απολιπῃ, το δε εκβαλῃ, ὁμοιως συμφωνον τοις Φαινομενοις, δηλον, ὁτι και εκ παντος εκπιπτει Φυσιολογηματος, επι δε τον μυθον καταρρει. *Neque, quod impoſſibile eſt, tentandum, neque putandum poſſe ipſa omnino ſimili modo explorari, atque illa, quae vel ad vitam moderandam, vel ad explicationem aliorum phyſicorum problematum pertinent . . . hoc enim iis, quae in ſublimi adparent non competit; quippe quae multimodam habere poſſunt & generationis cauſam, & eſſentiae declarationem ſenſibus conſonam. Nec enim ſecundum vana axiomata, & praecepta eſt philoſophandum, ſed ut phaenomena requirunt . . . . . Et quidem omnia inconcuſſa manent, cum illa multimodis explicantur, & phaenomenis congruenter, b. e. cum Philoſophus, quidquid veriſimile eſt, convenienter adſumit. Cum vero quis unum adſumit, alterum autem reiicit, quamvis aeque ſit phaenomenis conſonum, manifeſtum eſt, quod ipſe omnino a recta philoſophandi ratione deflectit, & ad fabulas delabitur.* Haec eadem igitur mutatis verbis hoc in capite inculcat, atque ait:

Col. VI. „ Itaque heic operae praetium eſſe autumo, *phyſiologos monere, ne, cum aliquam ſu-*
„ *blimium corporum per oculos* imaginem adcipiunt, ſtatim velint aliquid nimis arguta ra-
„ tiocinatione pro certo concludere. Qui enim nimio plus quibuſdam adtendit, ut puto,
„ ſuis ſcilicet oculis, in aliis vero ſemet ipſe decipit non modo propter impedimenta,
„ quae ſibi ab illorum corporum rotatione obveniunt, ſed etiam propter varietates or-
„ tus, & occaſus, quae innumeras ſolis adparentias produnt; iure, inquam, nullam ipſi
„ mente poſſunt per oculos adaequatam rationi imaginem adcipere. Alienum enim, & a
Col. VII. „ *vero diſtans commentum ſibi fingat, neceſſe eſt, qui* opinionem falſam & abnormem ani-
„ mo praecepit, quod ea, quae ſub noſtros ſenſus aperte cadunt, eamdem nobis philo-
„ ſophandi methodum exhibeant, atque ea, quae circa ſublimia corpora adparent. Di-
„ ſtinguere enim, arbitror, in primis Vir ſapiens debet id, de quo diſputat; an ſcilicet
„ de Mundi natura diſputet, & de iis, quae aperte in mundo viſuntnr, an de aliqua
„ adparentia, quae e ſublimiſſimis corporibus ad adſpectum hominum terram incolentium
„ demittitur: propterea quod, *qui ob oculos ſubiectum habet, poteſt evidenter ipſius naturam*
Col. VIII. „ *explorare;* non ſic, cum forte, ut reor, ſubiectum inſpiciat, neque diſcernat, quod de
„ ſubiecti natura enunciatur, & quod dicitur ſubiecto ipſo comprehendi.

IN CAPUT III.

An Solis circumactio alias Mundi partes adficiat.

Cum ſuam de philoſophandi methodo doctrinam expoſuerit, ad controverſiam redit de terrae ſtabilitate: cumque ſatis putaret illis occurriſſe, qui tellurem vel interiori motu percitam circa ſuum axem moveri, vel ab exteriori coeli vortice impelli adfirmarent, alios perſequitur, qui eam a diurno ſolis orientis, & occidentis motu inquietari poſſe putabant. Id autem temere dici autumat, propterea quod, licet ex ortu & occaſu ſolis & lunae concipi poſſit aliquis ipſorum motus, hic tamen motus adfirmari non poteſt eſſe ſecundum ipſorum naturam ita, ut negari non poſſit. Et quidem ipſe ad Pythocl. ſcribebat *ſegm.* 92. Ανατολαι, και δυσεις ἡλιου, και σεληνης, και των λοιπων αστρων και κατ' αναψιν γινεσθαι δυνανται, και κατα σβεσιν, τοιαυτης ουσης περιστασεως καθ' ἑκατερους τους τοπους . . . . . κατ' εμφανειαν τε ὑπερ γης, και παλιν επικρυψιν το προειρημενον δυναιτ' αν συντελεισθαι· ουδε γαρ τι των Φαινομενων αντιμαρτυρει. Τας τε κινησεις αυτων ουκ αδυνατον μεν γινεσθαι κατα την του ὁλου ουρανου δινην, η τουτου μεν στασιν, αυτων δε δινην κατα την εξ αρχης εν τη γενεσει του κοσμου αναγκην απογενηθεισαν επ' ανατολη. *Ortus, occaſuſque ſolis & lunae, & reliquorum aſtrorum evenire poſſunt vel per accenſionem, & extinctionem, cum talis ſit utrobique circumſtantium corporum diſpoſitio . . . . . vel per adparitionem ſupra terram, & occultationem infra, quae praediximus, perfici poſſe; nullum enim eſt phaenomenon, quod repugnet. Inſuper motus eorumdem impoſſibile non eſt fieri per totius coeli circumvolutionem, vel, hoc manente, ipſa rotare ſecundum legem motus in mundi geueratione impreſſi ab orientali plaga.* Cum igitur ex eius ſententia nihil certi adfirmari poſſet de ſolis, lunaeque motu, iure ait cohibendum eſſe ea in re mentis adſenſum, atque adeo temere dici terram, ſive ab univerſi coeli vortice, ſive a ſolis lunaeque rotatione adfici, cum ſit ab ipſis certo intervallo diſterminata. Sic igitur procedit:

„ Ex hoc autem ſubiecto multae controverſiae non minimi quidem momenti oriun- *Col. VIII*
„ tur, quas inter non ultima illa eſt; quaenam ſcilicet mundi partes pariter inquieten-
„ tur a ſolis orientis, & occidentis, de qua nuper dixi, circumactione. Difficile
„ enim, & audax eſt opus ſingulas eius obſervare adparentias, *ut quid tuto concludere*
„ *valeas. Propterea neceſſe eſt, cohibeamus adſenſum* noſtrum; nec, quoties nobis ſolis or- *Col. IX.*
„ tus, & occaſus videndus occurrit, velimus portentum aliquod e noſtra mente deprom-
„ tum ipſis adnectere. E ſubiecto enim mens recte poteſt concipere motum aliquem So-
„ lis, & Lunae verſus orientem, & occidentem; inde tamen non ſequitur eum motum
„ eſſe ſecundum ſubiecti naturam. Rurſus igitur obſecro, ne quis mentis ſuae commen-
„ tum, alibi quidem audax, *heic vero aperte falſum amplectatur, atque praeſumat terram*
„ *ſive inſenſibili motu circa ſuum axem circumvolvi, ſive externo coeli vortice, ſive ſolis ro-*
„ *tatione impelli, cum ſemper inde ſit* certo quodam intervallo diſterminata. *Col. X.*

IN CAPUT IV.

Cur terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur.

Reiectis more ſuo adverſariorum opinionibus de telluris motu, rationem proferre ſatagit, cur ipſa immobilis in mundi centro perſiſtat. Hanc autem opinatur eſſe *aequalitatem*: quo nomine, ut in Schol. ad Col. XII animadvertimus, intellexiſſe videtur tum telluris aequilibrium, tum a coelo aequidiſtantiam, tum in primis aequalem aëris ambientis amictum. Improbare tamen non audet, ſi quis duxerit, diverſitatem corporum, quae terram circumſtat, in cauſſa eſſe, cur eam impellere nequeant. Diverſae enim naturae corpora, ut ipſe ait, iuxta se invicem poſita propriam vim amittunt. Eius igitur orationem tene.

„ Enim vero, ſi hoc pacto, praeciſa ſcilicet quacumque mentis inventione, ad rem „ ipſam contemplandam quis accedat, tutius adſumet, manſionem telluri convenire; & „ congruentius his, quae ſenſibus percipiuntur, putabit, ſpiſſitudinem aëris, qui inferius „ circa terram craſſus eſt, & ſuperiori vortici opponitur, inservire poſſe ad eam ful- „ ciendam, quo minus ipſa deorſum poſita circumferatur; quandoquidem materie undi- „ que circumfusa involvitur. Nulla enim nobis ratio adparet, cur Solis circumactio cun- „ cta turbare debeat. *Neque vero putandum eſt, eam, quo ſtabilis maneat, aliquo ſubpoſito*
Col. XI. „ *fulcimento* indigere. Etenim, cum ea ſit undecumque a coelo diſtans, nequaquam fieri „ potest, ut alicunde ſubvertatur. Aërea enim natura, quae prope adeſt, unde unde ipſam „ obvolvit, & aeque a coelo quoquoverſum diſterminat. Quid autem vetat opinari, tali „ modo in mundi medio uſque a principio iacuiſſe; quandoquidem id impoſſibile non „ eſſe agnoſcimus? Quin etiam non eſſet haec abſurda opinandi ratio, ſi arbitremur id- „ circo eam ſtabilem perſeverare, quia ſtabilis ab initio locus ei ſuerit praeparatus. „ Aequalitas enim, ſive tegumentum aëris, quo undecumque aequaliter amicitur, *ſuffi-* „ *ciens eſſe poteſt ſtabilitatis ratio. Non abſurdus tamen erit, qui dicat, cauſam eſſe circum-*
Col. XII. „ *iectorum corporum diverſitatem*. Etſi ſapientius foret adlatam adſignare cauſam, circum- „ poſitam nempe aequalitatem. Siquidem ex hoc ipſo, quod aliquando manſerit in me- „ dio mundo, ratio evincitur, cur perſeveret, & aëre, velut aggere quodam, cingatur „ ita, ut nihil influentium poſſit evertere. Igitur vel everti non poteſt, propterea quod „ aëreae particulae undique pariter in eam influant, & fulcimentum comparent; vel quia „ incurrentia corpora diverſae ſunt naturae, atque adeo eorum percuſſiones facile repel- „ luntur. Quoties autem hoc alterum admittere libeat, *non veto: nihil eſt enim, quod*
Col. XIII. „ *phaenomenis adverſetur*. Cuncta enim, cum poſita ſunt iuxta contiguam alterius naturae „ ſpeciem, corrumpuntur: quod & in ipſo ſecundo libro a me dictum eſt, cum de ido- „ lis ad motum expeditis diſſererem.

„ Quod nobis principio de propoſita quaeſtione erat dicendum. In ſequentibus por- „ ro de huiuſmodi etiam meteoris adcuratius diſputabimus.

INDEX I.

CAPITUM, IN QUAE PARTIRI EPICURI TEXTUS COMMODE POTUIT.

LIB. II.

CAP. I. *De Simulacrorum celeritate.* pag. 1

CAP. II. *Adversariorum obiecta proferuntur.* 17

CAP. III. *Diluuntur obiecta.* 21

CAP. IV. *Conclusio.* ibid.

LIB. XI.

CAP. I. *Cur, & quomodo Terra in medio Mundo sit posita.* 37

CAP. II. *Quomodo Physiologus de Meteoris iudicare debeat.* 49

CAP. III. *An Solis circumactio alias Mundi partes adficiat.* 57

CAP. IV. *Cur Terra stet immobilis, neque a Solis rotatione adficiatur.* 61

INDEX II.

VOCUM LATINARUM, ET GRAECARUM ANIMADVERSIONE DIGNIORUM, QUAE IN HOC VOLUMINE OCCURRUNT.

Littera C. indicat columnam, S. scholion, v. versum, p. paginam.

A

Adſiliens C. I. v. 5. p. XX.
Artus C. VI. v. 6. p. XXIV.
Αισθησις C. VIII. v. 2. p. 19.
Αν C. IV. v. 13. p. 11.
Αναλογια C. VII. v. 5. p. 54.
Ανατεινω C. V. v. 1. p. 46.
Ανατολαι C. V. v. 18. p. 47. & C. VI. v. 15. p. 50.
Ανυπερβλητος C. I. v. 11. p. 3.
Απαρτιζω C. VI. v. 18. p. 51.
Αποδειξις C. IV. v. 12. p. 11.

B

Βαθος C. VII. v. 3. p. 18.

Δ

Deformis C. II. v. 1. p. XX.
Δειγμα επι του οργανου C. VII. v. 3. & seq. p. 54.
Δερμα C. XI. v. 21. p. 65.
Διαδικασια C. VIII. v. 11. p. 58.
Διαστασις C. VII. v. 2. p. 18.
Διαστημα C. III. v. 4. p. 8. & C. X. v. 1. p. 62.
Δινευμα C. VI. v. 10. p. 50.
Δινη C. II. v. 4. p. 42. & Fragm. V. p. 35. & S. ad C. VI. v. 10. p. 50.

E

Exſiguus C. IV. v. 3. p. XXII.
Ειδωλον C. I. v. 9. p. 3. & C. V. v. 6. p. 14.
Εμπεριοεω C. IX. v. 5. p. 60.
Εμποδεια C. VI. v. 8. p. 50.
Εν τοις εχομενοις C. XIII. v. 10. p. 72.
Εξαλλαγμα C. III. v. 3. p. 44.
Εριτω C. XI. v. 3. p. 64.
Ευοδος C. XIII. v. 5. p. 72.

Θ

Θεσις C. III. v. 1. p. 8.

I

Inſtantis C. V. v. 3. p. XXIII.
Interemo C. VI. v. 6. p. XXIV.
Interſaeptus C. VI. v. 7. p. XXIV.
Ισον απεχειν C. XI. v. 2. p. 64.
Ισοταχυς C. II. v. 7. p. 4.
Ισοτης C. XII. v. 1. p. 68.

K

Coniunx C. IV. v. 3. p. XXII.
Καταλειπτο C. VII. v. 1. p. 54.
Καταστασις C. V. v. 12. p. 46. & v. 17. p. 47.
Κατασταοις C. III. v. 7. p. 44.
Κατοψις C. VII. v. 18. p. 55.

Λ

Λεγομενον κατα το υποκειμενον C. VIII. v. 4. & 5. p. 58.

M

Ματαια πονσιν C. II. v. 20. p. 42.
Μετεωρον C. XIII. v. 11. p. 72.

O

Ocius C. VI. v. 6. p. XXIV.
Opſeſſus C. I. v. 4. p. XX.
Οικοδομη C. III. v. 7. p. 44.
Ομοιος τοπος C. VI. v. 1. & 2. p. 15.
Ομοιοστελλομενος C. XI. v. 7. & 8. p. 64.
Ομοιωμα C. VI. v. 1. p. 50.
Οργανον C. VI. v. 5. p. 50. & C. VII. v. 3. p. 54.

Π

Partis C. IV. v. 5. p. XXII.
Praemium C. II. v. 5. p. XX.
Παραβασις C. VII. v. 2. p. 54.
Περιεχον C. I. v. 10. p. 39.
Περινοεω C. VI. v. 4. p. 50.
Πλαγιασμος C. V. v. 10. p. 46.
Προσπαημα C. VII. v. 1. p. 54.
Πυκνοτης C. X. v. 9. p. 62.

P

Poos C. II. v. 12. p. 4. & C. XII. v. 10. p. 69.

Σ

Sollemnis C. VIII. v. 5. p. XXV.
Σταθμαομαι S. ad C. V. v. 12. p. 46.
Στερεμνιον C. III. v. 10. p. 9.
Συμφωνος C. II. v. 1. p. 42. & C. XII. v. 13. p. 67.
Συναπτω C. IX. v. 3. 4. & 5. p. 60.
Συναφες C. XIII. v. 3. p. 72.
Συνιζησις C. III. v. 2. p. 9.
Συνηρισις C. X. v. 2. p. 23.

Τ

Τοιχος C. II. v. 1. p. 42.

Υ

Vindico C. II. v. 8. p. XXI.
Volnus C. VI. v. 5. p. XXIV.
Υπερεισις C. X. v. 13. p. 62. & C. XII. v. 13. & 14. p. 69.
Υποκειμενον C. III. v. 2. p. 44. & C. VIII. v. 2. p. 58.
Υφος C. I. v. 8. p. 38.

Φ

Femina C. III. v. 4. p. XXI.
Funus C. II. v. 1. p. XX.
Φασμα C. IX. v. 4. p. 60.
Φορα C. I. v. 2. p. 2. & C. IX. v. 7. p. 60.
Φραγμος C. I. v. 12. p. 39.

X

Χοω, vel Χοννυω C. XII. v. 7. p. 68.

INDEX III.

AUCTORUM, QUI IN HOC VOLUMINE CITANTUR, ADLEGANTUR, INLUSTRANTUR, LAUDANTUR, CONRIGUNTUR, NOTANTUR.

Littera C. indicat Columnam, S. Scholion, v. versum, p. paginam.

A

Aeſchynes S. ad C. I. v. 2. p. 2.
Apuleius S. ad C. II. v. 12. p. 5.
Ariſtoteles S. ad C.VII. v. 2. p. 18. S. ad C. I. v. 10. p. 38. Ibid. v. 12. p. 40. S. ad C. V. v. 18. p. 47. S. ad C. VI. vv. 5. 6. p. 50. S. ad C. VI. vv. 18. 19. p. 51. S. ad C. VII. v. 15. p. 55. S. ad C. VIII. vv. 4. 5. p. 58. S. ad C. IX. vv. 3. 4. 5. p. 60. S. ad C. XI. v. 1. p. 64. ter. S. ad C. XII. v. 3. p. 68. bis.

B

Budaeus S. ad C. VII. v. 3. p. 19. S. ad C. III. v. 3. p. 44. S. ad C. VI. v. 4. p. 50. & vv. 18. 19. p. 51.

C

Callimachus S. ad C. V. v. 12. p. 46.
Cellarius S. ad C. V. v. 8. p. XXIII.
Cenotaphius Piſanus S. ad C. VI. v. 7. p. XXIV. S. ad C. VIII. v. 5. p. XXV.
Chryſippus S. ad C. XIII. v. 10. p. 72.
Cicero S. ad C. I. v. 2. p. XIX. S. ad C. VI. v. 2. p. XXIV. S. ad C. I. v. 9. p. 3. S. ad C. II. v. 12. p. 4. S. ad C. III. v. 10. p. 9. S. ad C. IV. v. 1. p. 10. & v. 12. p. 11. S. ad C. VI. v. 1. & 2. p. 15. Anteloq. p. 34. S. ad C. I. v. 8. p. 38. S. ad C. VI. v. 2. p. 50. S. ad C. VII. v. 5. p. 54.
Corſinius in Plutarchum S. ad C. XII. v. 7. p. 69.
Cteſias S. ad. C. IV. v. 13. p. 11.
Curtius S. ad C. VIII. v. 2. p. XXV.

D

Didymus S. ad C. XI. v. 3. p. 64.
Dio Caſſius Praef. p. IX. S. ad C. II. v. 1. p. XX. S. ad C. IV. v. 4. p. XXII. & v. 6. p. XXIII. S. ad C. V. v. 1. p. XXIII. S. ad C. VI. v. 6. p. XXIV. S. ad C. VII. v. 5. p. XXV. S. ad C. I. v. 2. p. 2. S. ad C. III. v. 11. p. 10.
Diodorus Siculus S. ad C. IV. v. 8. p. 11.
Diogenes Grammaticus S. ad C. VIII. v. 11. p. 58.
Diogenes Laërtius L. X. S. ad C. I. v. 2. p. 2. & ſingulis fere ſequentibus paginis.

E

Epicurus de Natura Lib. II. XI. XIV. XV. XX. XXVIII. atque alia aliorum fragmenta. Praef. p. VI. Eiuſdem Epiſtolae vide *Diogenes Laërtius*. Lib. II. de Natura S. ad C. XII. v. 10. p. 69.
Etymologicon Magnum S. ad C. XI. v. 3. p. 64. & vv. 7. 8. ibid.
Eunapius S. ad C. I. v. 2. p. 2.
Euſebius S. ad C. I. vv. 6. 7. p. 38.

F

Fabricius S. ad C. V. v. 12. p. 47.
Feſtus S. ad C. VI. v. 6. p. XXIV.

G

Galenus S. ad C. I. vv. 6. 7. p. 38. S. ad C. V. v. 1. p. 46. S. ad C. VI. vv. 5. 6. p. 50. S. ad C. XI. v. 1. p. 64.
Gaſſendus S. ad C. I. v. 8. p. 38. bis. S. ad C. VII. v. 14. p. 54. S. ad C. XIII. v. 1. p. 72. Ibid. v. 3. Ibid. v. 11.
Geminus S. ad C. V. v. 10. p. 46.
Gorraeus S. ad C. VI. vv. 5. 6. p. 50.
Gruterus S. ad C. IV. v. 3. p. XXII. S. ad C. VI. v. 7. p. XXIV.

H

Heſychius S. ad C. VI. v. 4. p. 50. S. ad C. XI. vv. 7. 8. p. 64.
Hirtius Praef. p. IX.
Horatius Praef. p. X. XI. ter. S. ad C. IV. v. 5. p. XXII.

I

Iſidorus S. ad C. II. v. 6. p. 4.

L

Livius S. ad C. VIII. v. 1. p. XXV.
Lucretius S. ad C. I. v. 3. p. XIX. S. ad C. I. v. 3. p. 2. Ibid. v. 6. bis, & ſingulis fere paginis.

M

Macrobius Praef. p. XII. & XIII. S. ad C. II. v. 12. p. 5.
Manutius Orthogr. S. ad C. V. v. 8. p. XXIII.
Manutius in epiſt. ad Atticum S. ad C. VI. vv. 1. 2. p. 15.
Menagius S. ad C. V. v. 12. p. 46. S. ad C. XIII. v. 11. p. 72.

O

Olearius in Philoſtratum S. ad C. I. v. 2. p. 2.
Ovidius Praef. p. XIII. & XIV. S. ad C. I. v. 2. p. XIX. Ibid. v. 5. p. XX. S. ad C. II. v. 1. p. XX. bis.

P

Philodemus S. ad C. X. v. 2. p. 23. S. ad C. VI. v. 2. p. 50.
Philoſtratus S. ad C. VIII. v. 6. p. XXV. S. ad C. I. v. 2. p. 2. S. ad C. V. v. 3. p. 14.
Plato S. ad C. V. v. 3. p. 14. S. ad C. II. v. 20. p. 42. S. ad C. III. v. 2. p. 44. S. ad C. XII. v. 1. p. 68.
Plautus S. ad C. XII. v. 7. p. 68.
Plinius S. ad C. VI. v. 4. p. XXIV. S. ad C. IV. v. 6. p. XXII. S. ad C. VI. v. 5. p. XXIV. S. ad C. V. v. 3. p. 14.

R

Roſſius (Ignatius) S. ad C. III. v. 1. p. 8. Ibid. v. 10. p. 9. S. ad C. V. v. 6. p. 15. S. ad C. VI. v. 2. p. 50.

S

Scholiaſtes Ariſtophanis S. ad C. VII. v. 2. p. 54.
Seneca Philoſoph. Praef. p. XIII. S. ad C. X. v. 9. p. 62. S. ad C. XII. v. 8. p. 69.
Sextus Emp. S. ad C. II. v. 12. p. 5. S. ad C. IV. v. 1. p. 10. 11. S. ad C. VIII. v. 2. p. 19. S. ad C. VI. v. 2. p. 50. S. ad C. XIII. v. 1. p. 72. bis. Ibid. v. 11. p. 73.
Silius S. ad C. II. v. 1. p. XX.
Simonius (Ioannes) S. ad C. X. v. 2. p. 23.
Stephanus (Henricus) S. ad C. I. v. 2. p. 2.
Stobaeus S. ad C. I. v. 12. p. 40.
Suidas S. ad C. V. v. 12. p. 46. S. ad C. VI. v. 4. p. 50. S. ad C. VIII. v. 11. p. 58. S. ad C. XI. v. 3. p. 64.

T

Thucydides S. ad C. IV. v. 13. p. 11.
Timaeus Lex. S. ad C. V. v. 12. p. 46.

V

Varro S. ad C. II. v. 5. p. XXI.
Virgilius Praef. p. X. S. ad C. I. v. 2. p. XIX. Ibid. v. 3. S. ad C. II. v. 1. p. XX. Ibid. v. 5. bis. S. ad C. IV. v. 6. p. XXII.
Vitruvius S. ad C. V. v. 12. p. 47.
Voſſius Praef. p. XIII. S. ad C. VI. v. 6. p. XXIV. bis.

X

Xenophon S. ad C. VII. v. 3. p. 19. S. ad C. V. v. 1. p. 46.

INDEX IV.

RERUM NOTABILIUM, QUAE VEL IN TEXTU, VEL IN PRAEFATIONE, ET SCHOLIIS OCCURRUNT.

Littera C. indicat Columnam, S. Scholion, v. versum, p. paginam.

A

Actiaci triumphi Praef. p. IX. A Rabirio celebrati ibid. p. XIII. Adopinari quid S. ad C. IX. v. 3. & seqq. p. 60.
Aequidistantia a Coelo, & Coeli uniformitas Terram reddunt immobilem S. ad C. XII. v. 3. & seqq. p. 68. Comment. in cap. IV. p. 78.
Aëris duplex genus S. ad C. X. v. 9. p. 62. Eius densitas quid praestet ibid. Aëris circa Terram genesis S. ad C. XII. v. 7. & seq. p 68. Aëris fluxus S. ad C. XII. v. 10. p. 69 Aërea fulcimenta S ad C. I. v. 12. & seq. p. 40. S. ad C. II. v. 1. p. 42. S. ad C. XII v. 13. p. 69. Comment. in cap. I. p. 75:, & in cap. IV. p. 78.
Alexandri in Choerilum indulgentia Praef. p. XI. Eius expeditio S. ad C. V. v. 1. p. 46 Alexander conditor Alexandriae S. ad C. III. v. 1. p. XXI. Iovis filius haberi voluit ibid.
Alienum corrumpit corpora sibi adhaerentia S. ad C. XIII. v. 1. & seqq. p. 72. Comment. in cap. V. p. 78.
Anima laqueis intersaepta S. ad C. VI. vv. 6. 7. p. XXIV.
Antilamda S. ad C. II. v. 6. p. 4.
Antonii in Parthos expeditiones Praef. p. IX. Eius & Cleopatrae consilium S. ad C. IV. v. 6. p. XXIII. Eius fautores S. ad C. VII. v. 5. p. XXV.
Apodictica ratio S. ad C. IV. v. 12. p. 11.
Arabes Cleopatrae naves incendunt S. ad C. IV. v. 6. p. XXIII.
Aspis S. ad C. VI. v. 2. p. XXIV.
Astrorum magnitudo ex Epicuro Anteloq. fragm. 2. p. 33. Ortuum & occasuum causae, & diversitas S. ad C. V. v. 18. p. 47. S. ad C. IX. v. 11. p. 60.
Astrologorum machinamenta Anteloq. fragm. 4. p. 35.
Atomorum positio, & ordo S. ad C. III. v. 1. p. 8. Ex illis genitae membranae ibid. v. 4. Eorum motus S. ad C. III. v. 7. p. 44. Atomi dissolutioni, & mutationi non subiacent S. ad C. X. v. 4. p. 23.
Atropos Cleopatram irridet S. ad C. VII. v. 2. p. XXV.

B

Basilisci afflatus S. ad C. VI. v. 4. p. XXIV.
Bellum Octaviani cum Antonio an sit Papyri Latinae argumentum Praef. p. VIII. & seq.

C

Caesar in Hippodromo castra ponit Praef. p. X. S. ad C. VII. v. 8. p. XXV. Caesaris equitatus fusus Praef. p. X. Eius fautores S. ad C. VII. v. 5. p. XXV.
Caesarianorum in portas Alexandriae impetus S. ad C. VIII. v. 1. p. XXV.
Centrum Mundi S. ad C. I. v. 10. p. 38. & seq. Comment. in cap. I. p. 75.
Cleopatra causa belli S. ad C. III. v. 3. p. XXI. Pars imperii ibid. v. 4. Alloquitur Thyrsum S. ad C. IV. v. 1. p. XXII. Mortis genus seligit S. ad C. V. & VI. p. XXIII. & seq. Eius in Aegyptum fuga, & mors Praef. p. IX. & seq. Crudelitas S. ad C. II. v. 1. p. XX.
Corpora arcere moenibus S. ad C. VIII. v. 2. p. XXV. Solidorum generatio S. ad C. III. v. 4. p. 8. Resistentia ibid. v. 10. p. 9. Extensio S. ad C. VII. v. 2. p. 18. Dimensio ibid. v. 3. Concretio S. ad C. X. v. 2. p. 23. Corpora primitiva S. ad C. III. v. 2. p. 44. Eorum vicissitudo Ibid. v. 3.
Coeli etymon S. ad C. I. v. 11. p. 39. Domus S. ad C. III. v. 7. p. 44. Obliquitas S. ad C. V. v. 10. p. 46.
Cyri expeditio S. ad C. V. v. 1. p. 46.

D

Densitas, & raritas termini Mundi Anteloq. fragm. 1. p. 33. S. ad C. I. vv. 10. 11. p. 39.
Dioni Plutarchus in rebus Antonii praeferendus Praef. p. IX.
Domitiani ingenium violentum S. ad C. I. v. 2. p. 2.
Domitius ad Antonium transfugit S. ad C. VII. v. 5. p. XXV.

E

Epicuri libri superstites Praef. p. VI. Epicurus quid in primo libro de Natura, quid in secundo, quid in tertio docuerit Comment. in cap. I. p. 27. S. ad C. XI. v. 1. p. 26. Eius liber II cum XI confusus Comment. in cap. IV. p. 29. Libri XI. vices Anteloq. p. 33. Stylus ib. fragm. 3. p. 34. Argumentum S. ad C. XIII.

v. 5. & ſeqq. p. 72. Libri XII. Argumentum ibid.
Errorum cauſſae S. ad C. VI. v. 2. p. 50.

F

Forma a Simulacris tranſmiſſa S. ad C. VI. vv. 11. 12. p. 16.
Fultura Simulacrorum S. ad C. VII. v. 3. p. 18. & ſeq.
Fumus unde S. ad C. III. v. 4. p. 8.

G

Gloria cur mendax S. ad C. III. v. 5. p. XXI.
Gnomon a quonam inventus S. ad C. V. v. 12. p. 46.

H

Heliotrop'on quando inventum S. ad C. V. v. 12. p. 46.
Hipparchus Libertus S. ad C. III. v. 5. p. XXII.
Horizon viſualis S. ad C. V. v. 6. p. 46. Eius diameter ibid.

I

Imagines in ſpeculis S. ad C. IV. v. 1. p. 10.
Impedimenta ad veritatem percipiendam quaenam ſint S. ad C. VI. vv. 8. 9. p. 50.
Indicae aves S. ad C. IV. v. 13. p. 11.
Interſtitium inter atomos membranarum S. ad C. III. v. 4. p 8. Interſtitiis corpora ſcatent S. ad C. VII. vv. 7. 8. p. 19.
Intervallum inter Aſtra, & Terram S. ad C. X. v. 1. p. 62.
Iſis Cleopatrae Patrona S. ad C. III. v. 2. p. XXI.

L

Lacunis (*de Monitum*) p. XIX.
Littae S. ad C. IV. v. 13. p. 11.
Loci mutatio quid tranſeuntibus praeſtat Anteloq. fragm. 6. p. 35. S. ad C. I. v. 1. p. 38. Comment. in cap. I. p. 75.
Lux aptior armis C. VIII. v. 6. p. XXV.

M

Materia ſubiectum rerum S. ad C. III. v. 2. p. 44. Ignava, & immobilis ibid.
Membranarum geneſis S. ad C. III. v. 4. p. 8. Membranae evolantes, & in ſolida incurrentes ibid. v. 10. p. 9. Earum poſitura S. ad C. V. v. 8. p. 15.
Meteora quomodo explicanda Anteloq. fragm. 4. p. 35. & ſeq. Comment. in cap. II. p. 76. Quid apud Epicurum S. ad C. XIII. v. 11. p. 72. & ſeq.
Mundi nomine quid intelligat Epicurus S. ad C. I. vv. 10. 11. p. 39. Comment. in cap. I. p. 75. Eius figura S. ad C. I. v. 8. p. 38. Centrum ibid. v. 10. p. 38. & ſeq. Comment. in cap. I. p. 75. Structura S. ad C. III. v. 7. p. 44. De Mundo quomodo diſputandum S. ad C. VII. v. 14. p. 54. Mundi numero infiniti, mole finiti Anteloq. fragm. 4. p. 34. & ſeq. Corruptibiles ibid. Mundi moenia S. ad C. II. v. 1. p. 42. Comment. in cap. I. p. 75.
Muri circa Tellurem Anteloq. fragm. 5. p. 35. S. ad C. I. v. 8. p. 38. S. ad C. II. v. 1. p. 42. Comment. in cap. I. p. 75.

N

N pro Γ S. ad C. X. v. 2. p. 23.
Naturae oeconomia ad perceptionem obtinendam Comment. in cap. 1. p. 27.
Nox apta conſiliis S. ad C. VIII. v. 6. p. XXV.

O

Obeliſmene diple S. ad C. II. v. 6. p. 3. & ſeq.
Oculus κατ' ἐξοχην organum appellatur S. ad C. VI. vv. 5. 6. p. 50.
Odor unde S. ad C. III. v. 4. p. 8.
Olympum Plutarchus in Vita Antonii ſequutus eſt Praef. p. IX.
Opinio falſa atque abnormis de Meteoris S. ad C. VII. vv. 1. 2. p. 54. Opiniones praeconceptae nos fallunt S. ad C. VII. v. 21. p. 55.
Orbes ſolemnes quid S. ad C. VIII. v. 5. p. XXV.
Orientalis plaga quaſi Occidentali ſuperior S. ad C. V. v. 1. p. 46.

P

Papyri quibus adornationibus in lucem pródeunt Praef. p. VII. Papyri Latinae reliquiae diſcerptae Praef. p. VIII. Argumentum ibid. Fragmentorum connexio ib. p. XIV. & ſeq.
Parapegmata S. ad C. V. v. 12. p. 47.
Parthi bis cum Antonio bellantur S. ad C. IV. v. 4. p. XXII.
Phaenomena a portentis quomodo differant S. ad C. VII. v. 15. p. 55. Cum eis congruentia S. ad C. X. v. 6. p. 62. Veritatem docent S. ad C. IX. v. 9. p. 22. Non uno pacto explicanda S. ad C. IX. v. 11. p. 60. S. ad C. XII. v. 19. p. 69.
Peluſium a Caeſare capta Praef. p. IX.
Praetor vindicias dabat S. ad C. II. v. 8. p. XXI.
Proportio idem ac ratiocinandi methodus S. ad C. VII. v. 5. p. 54.
Puncti finalis quid vicem ſuppleat S. ad C. II.

C. II. v. 6. p. 3. & ſeq. S. ad C. IX. v. 9. p. 22.

Q

Quaeſtiones de Sole S. ad C. VIII. v. 11. p. 58. De Mundi partibus ibid. v. 13. De fulcimento Telluris eiuſque ſitu S. ad C. I. v. 6. & ſeq. p. 38. S. ad C. XI. v. 1. & ſeq. p. 64. Comment. in cap. I. p. 75. & in Cap. IV. p. 78.

R

Rabirius quis, & quando floruerit Praef. p. XIII. Cuius Carminis auctor ibid. Eum laudant Ovidius, & Velleius ibid. De ipſo Quintiliani iudicium ibid. p. XIV. Quid hac de re ſentiendum ibid.
Ratiocinandi methodus quando debeat eſſe diverſa S. ad C. VII. v. 3. & ſeq. p. 54.
Regula Aſtronomica Epicuri S. ad C. V. v. 12. p. 46. & ſeq. Comment. in cap. I. p. 76.
Rhetorum copia S. ad C. I. v. 2. p. 2.

S

Secretiones S. ad C. III. v. 11. p. 9. & ſeq.
Senſuum indicium S. ad C. IV. v. 1. p. 10. De ſenſibilibus diſcrepantia Epicuri, Democriti, Protagorae, Stoicorum, & Peripateticorum ibid. p. 10. & ſeq. Senſus criteria veritatis S. ad C. VIII. v. 2. p. 19. Senſationum effectio S. ad C. XI. v. 1. p. 26.
Sepimenta circa Terram S. ad C. I. v. 12. & ſeq. p. 39. S. ad C. XII. v. 13. & ſeq. p. 69. Comment. in cap. I. p. 75. & in cap. IV. p. 78.
Simulacrorum tractatio non abſoluta ab Epicuro in lib. II. S. ad C. X. v. 5. p. 26. Commentum quibus Philoſophis placuerit Comment. in cap. III. p. 28. Motio S. ad C. I. v. 2. p. 2. Celeritas ibid. v. 3. S. ad C. II. v. 7. p. 4. & S. ad C. XIII. v. 5. p. 72. Tenuitas S. ad C. I. v. 5. & ſeq. p. 2. S. ad C. IX. v. 1. p. 22. Quid ſint S. ad C. I. v. 9. p. 3. Fluxus S. ad C. II. v. 12. p. 4. Circa ea Sophiſtae taxantur S. ad C. V. v. 6. p. 14. & ſeq. Simulacra inalterabilia S. ad C. V. v. 11. p. 15. Simulacrorum perceptio S. ad C. VI. v. 1. p. 50. Simulacrum adaequatum rationi C. VI. v. 18. & ſeq. p. 51.
Solis, Lunaeque converſiones S. ad C. V. v. 10. p. 46. Motus unde oriatur S. ad C. VI. v. 10. p. 50. Quomodo fiat S. ad C. VIII. v. 13. & ſeq. p. 58.
Sophiſtarum copia S. ad C. I. v. 2. p. 2. Diverſa genera, & aetates S. ad C. V. v. 3. p. 14. Iactatio ibid. Obiecta S. ad C. VII. in princ. p. 18. Eis reſpondet Epicurus S. ad C. IX. v. 9. p. 22.
Soſſius ad Antonium transfugit S. ad C. VII. v. 5. p. XXV.
Subiectum idem ac corpus S. ad C. VIII. v. 2. p. 58. Praecipue ceeleſte ibid. v. 2. & ſeqq.

T

Terra ubi poſita S. ad C. I. vv. 6. 7. p. 38. Comment. in cap. I. p. 75. Eius figura S. ad C. I. v. 8. & in Comment. ibid. Quies S. ad C. II. v. 7. p. 42. & in Comment. ibid. Eius quietis cauſſae S. ad C. XII. v. 1. & ſeqq. p. 68. Comment. in cap. I. p. 75. & in cap. IV. p. 78. Quomodo fulciatur S. ad C. XI. v. 1. p. 64. Eius aequidiſtantia ab Univerſo ibid. v. 1. & ſeq. Quomodo amicta ib. vv. 7. 8. Comment. in cap. IV. p. 78. Eius tegumentum quid S. ad C. XI. v. 21. p. 65. Comment. ibid.
Thyrſus libertus S. ad C. III. v. 5. p. XXII.
Tireſias Apollinis Miniſter S. ad C. I. v. 2. p. 2.
Tuſculanis Romani auxiliantur S. ad C. VIII. v. 1. p. XXV.
Tympani ſegmento Mundus ſimilis Anteloq. fragm. 5. p. 35. S. ad C. I. v. 8. p. 38.
Typus ſimilis S. ad C. VI. vv. 1. 2. p. 15.

V

Vapor unde S. ad C. III. v. 4. p. 8.
Varius an papyri Latinae auctor Praef. p. X. & ſeqq. Eius laudes ibid. p. XI. & seq. Fragmenta ibid. p. XII. Plura ab eo hauſit Virgilius ibid.
Veneris curae S. ad C. IV. v. 1. p. XXII. Vipſanius Agrippa Dux S. ad C. I. v. 1. p. XIX.
Vortex Anteloq. fragm. 5. p. 35. S. ad C. II. v. 14. p. 42. S. ad C. VI. v. 10. p. 50. S. ad C. X. v. 9. p. 62. Comment. in cap. I. p. 75. & in cap. III. p. 77.

U

Univerſi nomine quid intelligit Epicurus S. ad C. I. vv. 10. 11. p. 39. Eius qualitates Anteloq. fragm. 3. p. 34. Membra S. ad C. I. v. 19. p. 40. & Comment. in cap. I. p. 75.

FINIS.